SCOPULOS DOCTRINAE VULGARIS DE IURIBUS GERMANICIS FEUDO COGNATIS, ...

Johann Peter : von Ludewig, Johann Werner Lüder, Valenti Gonzaga

ILLUSTRISSIMO atque EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

EBERHARDO,

S. R. IMPERII COMITI

DE

METTERNICH

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PORUSSORUM REGI A SECRETIORIBUS CONSILIIS, REGIÆ MAJESTATIS LEGATO PRIMI ORDINIS SPLENDIDIDISSIMO IN COMITATU NOVOCASTRENSI, ET RELIQVA,

SUBMISSA ANIMI DEVOTIONE AD CINERES USQUE COLENDO.

OBSEQVIA ET SALUTEM.

NOn gentis tuæ, Comes illuſtriſſime, quæ magna eſt & meritorum & vetuſtatis laude illuſtriſſima:

ma: non ſplendor ampliſſimi muneris tui, quo in cultiori orbe emines: non rerum per te geſtarum fama, dignitas, amplitudo ad hoc officii genus me invitavit: ſed favor ille tuus, quo parentem meum mesque dignatus es, me ad hanc erexit ſpem, fore, ut hoc inſtitutum, quo nomen meum tibi obligo, benevole ſis accepturus. Es nunc in omnium, qui rerumpublicarum negotia tractant, ore ac ſermonibus colloquiisque, ut venia mihi omnino opus ſit, qui munusculum tibi offero, ſcholaſtici argumenti. Verum non ita audax ſum, ut tuo nomini his pagellis aliquid dare velim, quod annalium memoria apud poſteros concelebrabit. Et ſi dicere licet, quod res eſt, poſteritati tuæ iamiam videris intereſſe, quoniam diaria, commentaria noſtri ævi hiſtoricorum plena ſunt dictorum factorumque tuorum concelebratione. Tranſeo monumenta, quæ in Imperii comitiis de te

ſu-

ſuperſunt, in quibus maximi Principis interpretem, nuncium & primi ordinis legatum egiſti. Novi caſtri cauſa noviſſima eſt, quæ cum tot difficultatibus, tenebris & plurium æmulorum ſtudiis irretita impetitaque eſſet, te adminiſtro, actoreque non ſine quodam hoſtium quoque & hominum malevolorum ſtupore exitum habuit; æquitate iuris & gloria Regis Sapientiſſimi digniſſimum. Nunc machinas ſtruxerunt principes adverſæ parti addicti; nunc minas ſparſerunt; nunc vi rem tentarunt, ut opprimerent veritatem, conderentque iura tanto plurium ſeculorum intervallo ſepulta. Quæ omnia felici ac provido greſſu tuo evaſiſti. Det immortalis Deus, ut ille illuſtrium meritorum cumulus non tibi tantum proſit, quod præmium rei pretio necquicquam reſponderet, ſed tuis gentique tuæ, cujus nomen æternum bene audiet, regni, de quo bene meritus es, princi-

pibus augustissimis. Me meaque, ut illustrissimo nomini tuo commendem, aut tuam mihi gratiam exorem, opus non esse censeo. Absit ut in fiducia titubem aut ambiguus sim gratiæ & favoris tui, cum tot monumenta extent, quibus utrumque in me meosque largiter declaravisti. Vale.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO NOMINI TUO

In FRIEDERICIANA,
7. Kalend. Maji.
M. DCC IX.

Cultor devotissimus
JOHANN WERNER LÜDER.

* * *   * * *   * * *

IPſa ſibi virtus pretium, non indiget ulla
Merce, ſuis ſatis eſt hæc opulenta bonis.
Te quæ virtutis ſit vis, Doctisſime LÜDER,
Non fugit, hæc ſola eſt propria quippe tibi.
Hac fretus Themidos conſcendis pulpita doctæ
Quidque eadem valeat, ſic ſatis euge! probas.
Gratulor; ut virtus porro tua cœpta ſecundet
Et quondam ſtudii præmia digna feras.

prolixo adfectu
ſcrib.

SAMUEL STRYKIUS, JC.

EXegiſti quinquennium cum hic, tum Francofurti, quod dari ſolet ſtudio jurisprudentiæ. Verum, quod laudi tuæ tribuendum eſt, in initio progreſſuque ejus talem te exhibuiſti ut omnibus bonis induſtriam tuam probitatemque abunde approbares. Quo fit, ut exitus confecti a te curſus optimus ſit felicisſimusque. Poſt magni nominis

minis JCtos Stryckium & Coccejum, quorum doctrinis enutritus es, me quoque audivisti, atque observationes meas, in quibus ab aliis dissentire soleo singulari studio imbibisti & annotasti. Imprimis in Iurispublici prudentia & feudorum institutis sententias, ut novas, ita tamen ex indole reipublicæ nostræ & monumentis medii ævi erutas, sibique congruas neque hiulcas aut dissentientes excepisti tibique reddidisti familiares. Permovit te hoc, ut systemati, quod meditor, juris clientelaris & ipse manum adhiberes, cujus pensum hac disputatione, quam edis, respondere, apud te constituisti. Testes singularis industriæ & promptitudinis ingenii tui eo certiores esse possumus, quo plura & quotidie fere repetita specimina tua oculis nostris ex quo in Friedericiana egisti, obversata sunt. Faxit æternum Numen, ut artes, quibus animum tuum instruxisti, nunc patronum nanciscantur, fortunarum tuarum dignissimum, adjutorem promoremque æquissimum. Vale.

PRÆSES.

Die stille Einsamkeit nahm nechst den Pindus ein;
Die Lorber / welche soll ein Kind der Daphne sey /
War dißmahl nicht wie sonst mit Blättern ausgeschmücket /
Die Musen die ich sonst verliebet angeblicket /
Entseelten Ihre Höh' und ihres Phoebus Pracht /
Es war der Musenberg wie Wolcken schwartz gemacht;
Mein Freund du darffst nicht erst nach dessen Ursach fragen;
Die Musen / die du längst in deiner Brust getragen /
Und Ihre Perlen Milch von Jugend auf geschmeckt /
Sind mühsam deinen Ruhm den heut dein Mund erweckt.
Aus deiner Wissenschafft der Themis theuren Sachen
Heut einen Helicon troz Zeit und Neid zu machen
Was Wunder? daß das Heer der Musen ihren Sitz /
Bey solcher Zeit verläßt / und deinen klugen Witz /
Darinn dein heißer Sinn / gleich Amianthen glühet
Heut voller Anmuths Pracht zu deinem Lob beziehet.
Die Lorbern scheinen mir auf heute gantz entlaubt;
Weil ihnen dein Verdienst die grüne Pracht geraubt /
Nach

Nach dem ein Lorber Krantz um deine Stirn sich windet /
Vor den selbst Zoilus als wie der Blitz verschwindet.
Ich solte mich noch mehr um deinen Ruhm bemühn;
Und dir mit Mund und Kiel erfreut entgegen ziehn:
Allein man höret ja man sieht hier solche Proben /
Die dich und auch zugleich sich selbsten satsam loben.
Drumb schweig ich: doch darbey wünscht mein ent-
brandtes Hertz:
Es wolte Phoebus doch nicht eher Müh und Schmertz:
In deinem Edlen Haupt und Kiel entstehen lassen
Als bis die Tugend wird die theure Themis fassen.

Max. Lad. Freyhr. von Lichnovsky /
Edler Hr. von Wosschitz.
OPPONENS.

DE GERMANICIS IVRIBVS, FEVDO COGNATIS.

CAP. I.

RATIO TRACTANDORVM.(a)

§. I.

Antiqua patriae instituta non sublata sunt.

ANte contraxerunt Germani (b), quam iuris Romani & Longobardici decreta uel intelligerent

Nexus dicendorum.

(a) *Romanorum contractus* ubi conveniant cum feudis, ubi discrepent ab iisdem, plane pleneque in superiori argumento fuit commonstratum; sed foecundior longe restat locus differendi de *patrii iuris contractibus*, qui eo fidentius frequentiusque cum feudali negotio confunduntur, quo magis illi a patriae iudicibus & patronis caussarum, idque impune ferme, ignorantur. Ratio itaque instituti uult, ut horum quoque indolem indagemus &, quam inique & facile illi feudis accenseantur, ordine condoceamus. Dei numen adsit scribendis.

Paucitas contractuum ueteris Germaniae.

(b) Equidem si antiquissimam nostrae reipublicae faciem, ex ultima *TACITI* aetate, nobis in memoriam reuocamus: illa tantum non ab omni genere contractuum uidetur abhorruisse. Quaeso! enim qui EMISSE dixeris illos, quibus auri & argenti usum numina negauerunt.

1 Nisi pretium in pelle & canabe quo-
que uideatur constitutum, quo ge-
nere rerum olim Germani & ope-
ras soluerunt & indictas a iudicibus
mulctas. LOCATIO isti etiam aeuo
2 minus conuenit. Est illa uel ope-
rarum uel rerum. Utraque tum
prouincia defuncti sunt serui, qui &
opifices fuerunt & coloni. PERMU-
TATIO, rarior Latio contractus, Ger-
3 maniae frequentior fuit; ut illi
etiam, quos leges dicunt INNOMINA-
TOS. Verum ex quo tempore nu-
morum notitiam accepere maiores
nostri; illi quoque EMTORES habue-
4 re: deinde ex quo manumissiones
sacrorum antistitum elogio opulen-
tioribus familiis commendatae &,
uere scribo, inter fraudes & fallacias
extortae sunt, tum demum ad uictum
5 & cultum opus quoque fuit, ut liber-
ti agros & operas LOCARENT condu-
cerentque. Inde noua innumera-
que patrii iuris nomina audiuntur:

qui post adaucti sunt.

Erb-

rent (c) uel, quod tardius longe factum est, in curiis seque-

Erbmannen; Zinßlehner; Petermannen; Gotteshaußleute; Baumannen; Zinßmannen; Güldbauren; Freybauren; Erbrechter; Leibrechter; Leibzüchter; Heerengünstler; Freystiffter; Neustiffter; Ainspanniger; Bruckhayen; Eschhayen; Cossater; Cöther; Beständer; Heurer; Erbechsen; Erbdrescher; Halbbauren; Heertagsbauren; Undienstmann; Frohnen; Spänner; Semperleute; Fauten; Hübener; Schaffner; Meyer; Erbpachter; Landsiedeler; Gabelleute; Widhaber; Leibeigene; Wildfänge; Leute; Lassen; Laßbauern und Laßgüter; Schillingsgüter; Ehrschätzige Güter; Schaafnößer; Pachtschäfer; Dingenhöfe; Calenhöfe; Kellerhöfe; Manßmatten; Schupfflehe; Rutscher-Zinßen; Churmeden; Robathen; Neureuthen; Stockgüter; Erbtausch; Butterrechten; Calanden; Zehnden; Grundzinßen; Banckzinßen; Rauchzinßen; Blutzinßen; Sackzinßen; Fehmgelder; Umgelder; Schaarwerck; Pfandschilling; Rauchhun; Fastnachthun; Schöppenbrodt; Schultzenkühe; Gotteskühe & alia plura genera contractuum, quos hodie rectius agricolae & coloni docebunt; quam maximi nominis Icti in Germania. Tantopere scilicet desuefactae sunt scholae nostrae a patriae institutis.

Notitia Iuris Romani ante in Germania quam apud Germanos.

(c) Quamuis enim certissimum sit, doctores christianos cum sacris Italiae, leges quoque romanas, Theodosio interprete, in Germaniam illi-

1 co attulisse; quod uel testamenta, Carolingorum tempore in Germaniis more romanano condita, laciniaeque nos docent, quas hodieque offendimus in capitularibus Fran-
2 corum & Germanorum, ut frustra sint, qui lumen iuris romani in finibus solum continent Galliae: notitia tamen earum fere inter magistros, quos ex Italia accepimus, ui-
3 guit; ciuium nostrorum animos penetrauit rarius. Quo fit, ut germanicorum contractuum indoles clare ostendat, illos sola ratione duce & comite aequitate, nullo aliarum
4 legum auxilio confectos fuisse. Pa- ciscentium uero instituta in mores tandem iuere, unde iura exorta sunt hodieque in hoc argumento peculiaria nostrae reipublicae. Praeser-
5 tim hoc in illis partibus intelligitur, quibus res colonorum & rusticorum diriguntur, maxime in locis, quae academias non habent tantopere uicinas; deinde praetores con-
6 stituunt, usu magis edoctos, quam enutritos in scholis; post ubi in colonariis negotiis Siciliae legi acceditur, *GROTIO in florum sparsione* ex eoque *Lamb. ORISIO ad comment.*
7 *de effestucatione c. 2. n. 27.* laudatae. Quae talis est: DOLUS MALUS ET IURECONSVLTVS absesto. Horum omnium cum Sueviae; Franconiae, Westphaliaeque prouinciae obser-
8 uantissimae essent, causa patet, quare colonaria quidem iura patriae ubique propria sint, uerum in istis ditio-

Quod hodieque uerum, praes. in quibusdam causis prouinciisque.

sequerentur (d). Patriae tamen instituta, tantum abest, ut per illa unquam sublata sint: quin potius solennes imperii leges hodieque uelint, ut in haec ante inquiramus, quam dilabamur ad romani iuris peregrinitatem (e).

Ignorata tamen negliguntur.

§. II. Si amplius patet auctoritas Iustiniani, in nimio peccatur. Matrem uero is error ignorantiam habet.

ditionibus, omnem etiam integritatem retinuerint a legum Romanarum peregrinitate.

Ius Rom. ante in scholis, quam in curiis.

(d) Quatuor ius ROMANVM periodos & epochas habuit in Germania. Principio in illa INNOTVIT ab exordio religionis christianae. Deinde in DELICIIS fuit legislatoribus & iudicibus, ob uim rationis & aequitatis, quam plures magni fecere, studio priuato excitati. Tum SCHOLAE & magistros instruere coepit seculo decimo quarto, ut animi iuuenum exercerentur in iure, artis formam quadantenus habente. Demum etiam in foris curiisque patriae LEGIS accepit auctoritatem. Ultimum factum est Maximiliano primo imperante; quo recens instituto imperii supremo tribunali, CAMERAM uulgo dicunt, codex esset, ad cuius decreta adstringerentur adsessores, cum periculi plenissimum esse uideretur, maximi momenti sententias, tantum committere uelle animorum religioni. Haec ut ego existimo causa fuit: quod ius Romanum nobis lex fieret: raperet Germanos, non manu duceret: neque tantum in laude apud nos ac in pretio aequitatis esset, quo id censu &

Ante consilii, quam praecepti.

1 Magna Britannia habet & Septentrionalia regna illaque, quae nobis uicina sunt uersus orientem: uerũ, receptione, decreto comitiali sancita, iam nunc dici possit, quod om-
2 nia eius sua fecerint Germani. Differunt uero inuicem longissimis interuallis: *Iustinianum*, per quos gradus Germania iuit, *nunc uidere* HOSPITEM: *deinde* CONSULTOREM *ha-*
3 *bere: tum salutare* DOCTOREM: *mox comitem uereri in iudiciis: tandem*, quo nondum delapsi sumus, *locum ei facere tanquam* LEGISLATORI. Haec omnia inuicem magna per-
4 turbatione commiscet *Arthurus* ille *DVCKIVS in libro de auctoritate iuris Romani per uniuersam Europam*, haud dubie studio partium, quas contra Angliae aduocatos,
5 contemtores Romani iuris doctorum, e quorum numero & ipse fuerat, maximopere tuetur, in deuia abreptus: ut nobilissimum hoc argumentum nouum scriptorem desideret, qui causas procul habeat odii &
6 amoris. Cum hoc etiam morbo illi laborauerint, qui iuris Romani fata in Germanis exposuerunt.

Duckii censura.

Hodieque ius Rom. nobis

(e) Supplet Iustinianus iurisprudentiam Germanicam; non corrigit

bet. Romani iuris doctrina iuuenes enutrimur (f); patriae consuetudines discimus uiri & senes, idque taedii plenissima ratione. Utpote uel ex aerugine obductis monumentis (g); cui accedit rei ipsius quaedam infinitudo, ut, qui modo in una prouincia magister audiit, in alia causas acturus tiro sit ac hospes

subsidiarium est.

git aut tollit. Ultimum enim si constituissent imperii ordines in comitiis: plurimi eorum limites transgressi fuissent suae potestatis. Illos hic uolo, qui in legibus condendis manus adductas habent ad suffragia & uoluntates landsassiorum. Imo qui hodie in prouinciis suis liberrima imperia habent: illis tamen aeuo Maximiliani eius generis causa fuit argumentum *prouincialium comitiorum.* Sed his ambagibus non est opus, ipsi supremorum imperii tribunalium adsessores non aliud symbolū habent, iurisiurandi religione firmatum, quam ut causas respondeant secundum *consuetudines cuiusque prouinciae primum: deinde iuxta mores imperii: tum leges Romanas: tandem aequitatis rationes sequerentur.* Simile iudicium merentur instituta Longobardica feudorum: quibus tamen locum dabimus singularem.

Causae antiquum iuris R. in Germania.

a) praeiudicia iuuentutis.

(f) Quibus pueri ac iuuenes adsuescimus, illa tantum etiam in senectute momenti habent, ut altera natura id audiat philosophis. Hac causa Angli adolescentes arcent a lectione iuris Romani, cuius loco ista aetate regni consuetudines & constitutiones commendant: post, si temporis quid & otii uiris aut iuuenibus supersit, dant etiam, ut salutetur Iustinianus. Intelligunt enim illi, quam difficile sit: nouercam dicere, quam infans ac puer matrem habuisti. Accedit, quod stomachum uiris, in omni argumento moueat, discere. Quid nos Germani? Primo *catechesin* Iustiniani in adolescentia discimus, non philosophiae lumine notatam; sed instar *credendorum*, qualia habent theologi. Deinde sacram infulam largimur eius generis cultoribus, licet patriae consuetudinis ne apicem quidem intelligant sciantque, esse etiam, praeter Romana, alia iura Germanis. Quis ergo dubitet, molestissimum fore ciuibus nostris, uiros dediscere, quae pueri tanta animi religione didicerunt: imo, quod magis est, tirones in foris reddi, qui academicis magistri audiuerunt.

h) Patriae LL. negotiosae sunt.

(g) Ante non florebit ius patrium, quam systematis formam id accipiat & iuuenes illud doceantur: simpliciter quidem neque per transennam tantum ceu accessiones iuris Romani. Quae perturbatio Angliae proceribus tantopere displicuit: ut ciuis sui, *Iohannis Cowelli;* institutiones iuris, in quibus Lati & An-

Fata iurisp. Cowelli.

pes(h): per ſingulas autem craſſari, immenſi operis eſſe uideatur(i).Mutabilitatem iudicum & temporum addo(k),quae ipſa non minorem difficultatem ad-

& Angliae legum oſtendit concentus, e regno ſuo proſcripſerint auctoremque tantum non infamia notauerint, patrii iuris turbati cum peregrino. Sermone non ſolum Anglorum haec habeo: ſed etiam teſtimonio *SPELMANNI*, qui caſum uiri deplorat. *Doctor Cowellus de hoc poſtulatus coram ipſo parliamento,&, inter alia fateor grauiora, ſententia pariamenti, traditus eſt cuſtodiae & libri eius publice ſunt combuſti.* Contra,noſtrorum ciuium aliqui in crucem illum potius agerent, qui in patria ſperneret hominem Graecum, Tribonianum. Quapropter Angli patria iura ſermone patrio in academiis ſigillatim docent:ne,quod primarium eſt,acceſſorii loco queat haberi. Nobis patrii iuris non doctores ſunt: non libelli. Quod utrobique traditur,ſparſim fit, nullo ordine & integritate. Dedit hoc rex noſter ſuae Fridericianae, ut legum ſtudioſi curias frequentent, cauſas orantes & reſpondentes audituri. Verum taceo proterniam licentioſae iuuentutis, quibus hanc ſibi uiam in aliquibus iudiciis praecluſerunt: exercentur iura in foris,non docentur. Supereſt igitur patrii iuris cultori, ut membratim proficiat ex uſu,doctoribus,legibus & monumentis.

(h) Id quidem maximum eſt profectuum ex patrio iure impedimen- *c) multiplices etiam.*

1 tum: quod minutiſſimarum etiam
ditiuncularum domini uouos egerint Iuſtinianos uelintque ſuis ſenſibus etiamnunc in iure dicundo gaudere,unde illa oritur Germanicarum LL infinitudo. Arguimus hanc audaciam alibi. Verum potiſſima noſſe hic ſufficit, ubi integrae prouinciae legibus differunt: non ubi muri ac foſſae. Taceo,quae-
3 dam etiam eſſe Germanicis populis uniuerſim communia, unde ſingulis accedit lumen,cuius ope, quo nexu cetera cohaerent, facile intelliguntur.
4 (i) Scripſit *GIESEBERTVS Iuſtinianum Harmonicum*, in quo libro *& uariantes* uariorum locorum conſuetudines iuraque conferuntur cum inſtitutionibus iuriſprudentiae Romanae.
5 Verum plurima auctorem fugerunt: deinde diuerſorum uoluminum loca, non uerba ipſi laudantur, cum tamen ex his demum ueri pateant ſenſus: poſt inciſe & membratim
6 interpolata nullo fere ordine conſtant: taceo & litteras libri & calamum ſcriptoris prodere, indice digito oſtendi magis, quam tractari & abſolui argumentum. Illud quo-
7 que uerisſimum eſt,iuris huius loca plurima eſſe in pandectis euoluta, quae apud Tribonianum quem ſequitur Gieſebertus, omnino deſiderantur

(k) Habuerunt Romani uarias *d) inſtabiles.* Ictor.

adfert iurisprudentiae Germanorum.

Caussae tractandorum

§. III. Pretium itaque operae me facturum esse, confido, si iura & contractus (l), Germaniae peculiares, quotquot feudis cognati habentur, hic explicuero sigillatim. Cum quod id argumentum hic locus exigat (m): tum etiam, quod plurima sint, quae liberari debent ab inueterata doctorum erratione (n).

Praesidia quo.

§. IV. Felicius forte id fieri poterit: partim, par-

Ictor. opiniones, quae cum auctoritate celebrium uirorum effloruerunt iterumque collapsae sunt. Eadem fata tenent iactantque iurisprudentiam Germanorum. Cum enim principes nostri a iuris studio hodie fere abhorreant, quod illud tricas habeat, maioribus parum olim curatas: omne momentum eius nunc ferunt iudices & rerum administri, quorum indoles est, improbare antiqua nouaque effingere, ut hoc remedio prudentiores & magis nasuti uiderentur, quam antecessores. In uulgi sermonem iuit; *nene richter, nene rechte; nene schneider, nene moden.* Quin principes ipsi id peccarent, non esset metuendum. Dissuaderent id hereditas auitae gloriae; reipublicae cura; grauitas & uoluntatum perseuerantia.

Limites argumenti.

(l) Scilicet cum uasalli *serui* adpellentur cum iisque conferantur, ex iure personarum repetenda erit indoles *hominum propriorum; Wildfangiorum*, aliorumque qui sunt generis eiusmodi: ex iure rerum *censuum* genera & *seruitutes*, Ce-

1 tera, quae feudorum leges nulla attingunt ratione, huius loci non sunt neque nostri instituti.

(m) Diuersae feudorum consi- *Quare id huius loci?* derationes diuersas causas suppedi-
2 tant uicinitatis ciuilium contractuum iuriumqne cum institutis feudorum. Retinet largitor dominus in re feudali uel omne dominium uel eiuspartem aut umbram: idem fieri
3 dicunt in Erbpachten; Erbzinsen; Zinßgütern; Zehenden; Leibzüchten in plurimisq; aliis, quae sunt generis eiusdem. Tenetur uasallus domino obligatione praestandorum *officiorum;* cum quibus conferunt die
4 Pflicht der Leibeignen; Frohnen; Semperleuten; Cosaten; Maier; Erbschäfer reliqua. *Successionis* etiam intuitu feudis cognata dicunt, die
5 Stammgüter; fideicommiss-güter; majoraten cetera. Ne ergo, quae cognata in uno sunt, etiam in altero confundantur: singulorum rationes habendae sunt sigillatim.

n) Plurima doctores fallunt, quod *Causae errationum in eo.*
6 eius generis iura & contractus cum feudis confundant. *Prima* causa est affi-

quod hoc genus contractuum litterarium est (o); partim quod hic plurima e pristino Germaniae statu lucem accipiunt (p); partim etiam morum (q) & sta-

B tuto-

affinitas, quam attigi *p. 75. n. 2. 3. Altera* ambiguitas uerbi Lehen / Zinßlehen / quod etiam dicitur de allodio p. 52. 53. n. 2. *Tertia* medii aeui ignoratio, unde aestimari debet cuiusque natura. *Quarta*, desideria iuris publici singularium prouinciarum Germaniae nondum expleta. Quorum unum si neglexeris, fieri non potest, quin inter nimium & parum peccetur & uel domini iuribus aliquid detrahas uel clientis.

Praesidia huius argumenti; a) instrumenta.

(o) Vnde uero rectiores hic doctrinas adsecutus sim, summatim explicabo. Principio id singulare est, quod hoc genus contractuum fere *litterarium* sit litterisque & constitui soleat &, patrono uel cliente mutato, renouari. Quam industriam clericis tribuo; qui promtiores longe fuerunt in iuribus adnotandis, quam alii. Sunt haec instrumenta plena & clara, ut, quo loco antiquiori Germaniae res ipsa fuerit, ex illis intelligatur.

b) notitia medii aeui.

(p) Aratorum & agricolarum haec negotia fuerunt, quae fere cum ordine nobilium contraxerunt. Opus est igitur eius argumenti indagatori, ut non solum indolem nobilium, ingenuorum, libertorum, seruorum uarii generis e notitia medii aeui hauriat intelligatque nomina *landsassiorum; adelingorum; frilingorum;* der semperleute / leibeigenen / & reliqua: sed etiam prae-
1 diorum iura in numerato habeat,
uarii generis possessoribus relicta.
Ex utroque enim multum lucis accedit
libellis contractuum rite expendendis.
Maxime autem si cuiusque
2 reipublicae singularis notitia accesserit:
quae in Germania multum inuicem distare uidentur.

c) consuetudines forenses.

(q) Supremus Boiariae ducis cancellarius, supra p. 121. n. 7. lau-
3 datus, hoc iudicium profert. Rusticos in natura antiquissimorum contractuum conseruanda ac custodienda longe feliciores esse, ciuibus urbium. Suomet uir maximus exem-
4 plo docet, se plurima sermonibus rusticorum, in foro prolatis accepisse idque in rebus, quarum obscuras aut peruersas rationes deprehenderit in libellis. Inde certissimum es-
5 se, quod noui praetores colonarias caussas male respondeant, nisi ante aurem praebeant colonis, qui in his negotiis consenuerint. Nosse haec ipsos colonos: quare frequenter fi-
6 denterque in iudices & aduocatos inuehant; sie wüßten ihre weise nicht / sie liessen sich von ihrer gewohnheit nicht bringen / es brächte der Gebrauch ein anders mit sich. Qua-
7 propter hic maioris facienda sunt scripta, quae forensia audiunt, quam illa, quae in academiis e tripode iuris Romani prolata fuere. Icti magis consulendi sunt, qui responderunt iura; quam qui docuerunt.

(r)

tutorum laciniae (r) multa ſuggerunt, quam plurimis peruerſe intellecta.

CAP. II
DE ORIGINE IVRIVM DIMIDIATORVM (s) IN GERMANIA.

§. I.

Multitudo iurium dimidiatorum oritur

ILlorum iurium, ubi eiusdem rei diuiſa inter plures dominia ſunt, tanta in Germanis eſt multitudo & uarietas, iurisprudentiae Romanorum fere incogni-

d) Statuta eorumque interpretes.

(r) Equidem indicia de ſtatutis ditionum Germaniae aliquot locis prolata ſunt ſuperius *p. 14. n. 3.* Verum ut illa parum in aliis cauſis abeunta iure Romano, cum ſcriptores habeant academicos: ita tamen in *re colonaria, cenſuum & ſeruitutum* rationibus, quaeque his ſunt uicina, patrios mores omnino produnt, a legibus Romanis diuerſos. Siue id ruſticis, iurium ſuorum tenaciſſimis cuſtodibus debeamus; ſiue quod ab his negotiis fere remoti uixerint aduocati: id ſane uerisſimum eſt, reperiſſe nos in iſtis non tantum ſingularia prorſus; ſed etiam, ubi doctores in ſententiis uarii ſunt & ancipites, lucem accepiſſe, qua duce ſcopulos euitauimus, in quibus alii ſolent haerere. Quapropter nullius fere Germaniae principatus leges prodierunt, quas non hoc fine coemerim legerimque utili quidem, ſed negotioſo admodum inſtituto. Inprimis etiam commentatores in patriae ſtatuta maximi ideo feci. Utinam quaelibet prouincia domeſticum haberet doctorem, qui diſcrimina patrii iuris a legibus Romanis ſummatim exhibuiſſet. Specimina eius generis aliqui in cathedra produxerunt academica; inſtituto certe digniſſimo, quod alii pari induſtria imitarentur. Ita enim fieret, ut per ſummam intelligeremus ueſtigia patrii iuris, quae hactenus difficulter hinc inde deſperſa colliguntur.

Dimidiatum quid?

(s) *Dimidiata iura* dico, ubi eiusdem rei pluribus non *communia*; ſed *diuiſa* ſunt dominia. Ut alter poſſideat agrum, atque eius colligat reditus: alter in eo proprietatem; dominium directum; annuum cenſum; angarias aut ſimile quid habeat, quo intuitu non ager; ſed ius in agrum & quidem in conſideratione diuerſa *diuiſum* eſſe, uideatur. *Dimidiatum* pomum; lunam; diem; horam dixere Romani. *Dimidiatim* rem uel etiam ius habere, dictiones ſunt Ennii & Plauti aliorumque. Abſtinui a uerbo *communionis*, quia haec & rei eiusdem eſt eiusdemque modi, qui hic differunt. Neque uox *diuidui* placuit ob cauſam fere eandem.

In.

cognita (t): ut operae pretium omnino sit, caussas, unde illa prouenerit, solicitius paulo indagauisse (u). §. II. Principio in his tempora habeo dissolutarum in Germanis seruitutum (x), propitio, an irato

a) ex manumissione seruorum.

B 2

Interpres sit *AGROETIVS. de orthogr. p. 2268. n. 5. dimidiatum calicem bibi, non dimidium: non enim bibi uas ipsu.*

Iurium dimidiator. multitudo & narietas.

(t) Prouoco ad *p. 140. litt. b.* ubi pleraque genera horum iurium recensuimus. Cuius numeri, qui calculos iniuerit, illi facile ad credendum erit, Romanas leges necquicquam eum unquam attigisse. Serui Romanorum omnes ad genera omnia seruitiorum obligati fuerant: quamuis diuersi ad diuersa, pro dominorum arbitrio, destinarentur. Nostris autem moribus alia atque alia officia homines eius generis tenent die leibeigene / extra quae nulla eorum est obligatio. Deinde quamuis adscriptitii; superficiarii; militares; uectigales; colonarii; stipendiarii aut agri generis alius in legibus Rom. recenseantur: paruus tamen is numerus est, si eum contuleris cum Germanico. Neque ullius gentis memini, quae patriae instituta uarietate & multitudine horum iurium superare queat.

Utilitas originis hor. iurium.

(u) Historia horum contractuum caussas loquitur eorundem atq; rationes, quibus constituti sunt. Et quamuis tempora & casus in una & altera parte quid immutauerint: omnia tamen ad indolem primaeuam respiciunt, ad quam exigenda, restringenda & explicanda illa etiam sunt, quae mutationem subierunt. Utinam

1 doctores operam, quam in conciliandis patriae iuribus cum placitis Romanorum adhibuerunt, in origines impendissent; ut historiam horum contractuum haberemus, lu-
2 men ueritatis; cum iste labor contra uideatur mater perturbationis.

Quomodo seruitutes in Germanis sublatae sint.

(x) Seruitutum iura monarchiis sunt odiosa, illis maxime, ubi principes frena laxare incipiunt & impe-
3 rium adfectant absolutum. His artibus factum esse puto, ut Iustinianus Imperator manumissiones non solum facilitaret; sed etiam commendaret illas per omne imperium. Hoc
4 enim remedio familiae eneruantur robore, opibus, diuitiisque, ut omnia pendeant ab arbitratu imperantis. In Germanico imperio ius belli priuati accessit, nobilibus landsassiis re-
5 lictum, adeoque maiorem principibus metum iniecerunt cohortes seruorum, agentium in dominio unius. Certe uisum e re fuerat principum infirmiorum, ut, seruitutibus subla-
6 tis, prouinciales ordines imbelles redderentur. Ipsi episcopi ex quo territoria nacti sunt, idem ex eadem causa in uotis habuerunt: ne landsassii eorum institutis se obiicere
7 possent. Quaeruntur itaque artes, quarum tegumenta in sententiis N. T. ostentantur. Indignum quippe esse, sacri oratores, dixerunt, homine christiano uti uelle manipio.

Qui

to numine, id factum sit, ambigo (y). Tum enim agricolae, simile est iudiciũ de generibus operarum aliis, de

Qui Christo fidem dederint, membra esse in uno corpore sociata, quae sub uno etiam capite agerent, Christo seruatore. Membrum igitur membro dominari, iniquum fore simileque portenti. Accedere, quod homo Christianus rex sit & regalis particeps sacerdotii, quorũ rationibus pessime congruat nomen sordidi mancipii. His argutiis conscientia dominorũ impetita, mox etiam oppressa est, ut officii christiani esse crederent, seruis dari libertatem. Qua propter illud quoque reperio, dominos quandoque famulos suos uinculis coercuisse, ne conuentibus christianorum interessent. Certi, fore ut nutritoris sui nomen eierarent, si id Christo dedissent. Non tamen uno ictu sublatae sunt seruitutes. Seculo enim Carolingico pietatis fuit, manumittere. Ottonum aeuo manumissiones ita in mores iuerunt, ut instar decori haberentur, exceptis Venedis, sub imperiũ redactis, quorum seruitus eo durior fuit, quo maior populi illius ferocitas in uicinos Germanos. Adeo enim illis usi sunt seruis maiores nostri, ut uerae seruitutis inde adpellationem sumpserint, ein Schlaue oder Wende: uerbo Knecht dicendo locatorem operarum, einen miethknecht. Funesta rerum permutatio, quoniam Slawa gloriam notat linguae Venedorum. Post autem tempora interregni id demum actum est, ut manumissiones omnibus imperii ordinibus imperarentur. Ut hac uiuere lege nunc uideamus omnem orbem christianum.

(y) Disputare nunc liceat philosopho, utrum iure utiliterque sublatae sint seruitutes, an secus: quoniam Icto non licet, causam conclamatam & publica lege abolitam tueri. Quo autem fine id fiat, dices? Repono. Si non alio, amore ueritatis. Quamuis nullus dubitem, fieri posse, ut imperii princeps euangelicus seruitutes reducere queat & stabilire iterum in suis prouinciis, cum libertas plurimis sit molestissima. Et uero si de rationibus consilii dicendum est, pessime consultum esse puto, & dominis & seruis manumissione. Gaudet fortunis domini seruus, quas omni modo promouet, quoniam spem & ipse cum posteris habet lautioris uitae sub domino opulento: dominus non minus seruo bene cupit, cuius liberos fouet, artes docet per magistros, quod nouit, sibi, non aliis operas serui artificis demum profuturas. Contra mercenarii, domino non prodesse, sed inanium specie apud eum ualere student, quod mutabilem esse sciant dominorum uoluntatem liberorumque, nullas ob bene merita habitum iri rationes: ipsi domini seruis conductis diffidunt, ne, artes edocti, illos deserant petantque dimitti. Quo fit, ut optima ingenia in otio & ignauia putiscant & depereant in paupertate. Utinam ergo reducerentur in rempublicam iura seruitutis, cum ingen-

An cum iniuria sublatae seruitutes?

deesse coeperunt dominis praediorum (z) uel facti sunt adeo sumtuosi, ut reditus fere omnes abirent in eorumdem mercedem (a). Inde ergo factum est, ut domini latifundiorum partem agrorum tradere mallent aliis, canone, censu, seruitiisque sibi reseruatis (b), quam, ex proprio eorundem usu, damna experiri.

§. III.

ti commodo artium ac scientiarum in republica. Quid uero? num improbum esse, uidetur, quod uoueo. Necquicquam. Pauli & antiquissimorum conciliorum praecepta sunt: ne serui, Christum seruatorem professi, dominos deserant, adfectatione libertatis. Peccatorum seruos Christum horrere; non operarum.

Munia seruorum.

(z) Non raro sexcentos seruos unus Landsassius habuit sub suo dominatu: quibus diuersa adsignauit officia pro ingeniorum rerumque peragendarum liberrimo selectu. Romanorum seruorum alii iurisperiti; medici; philosophi; oratores; scribae; sculptores; pictores; artifices generis alius fuerunt: e quorum operis dominus uno saepe die accepit multa millia nummorum: honestissima ad ditescendum ratione. Germanorum opes re pecuaria & rustica fere fuerunt absolutae. Ut adeo serui eorum plurimi fuerint aratores, agricolae, pastores, rustici, pecuarii; paucissimi opifices cum nostris nulla supellex ad delicias. Inde in medii aeui diplomatibus fundos & agros, non coemtos fuisse, reperio, nisi cum mancipiis aliquot, quorum opera colerentur. Formulae fuerant; *tradimus illi sex mansos cum*
1 *tribus Slauis totidemque ancillis* & quae eiusmodi. Plane ut nostris moribus praedia uendi solent cum iumentis, gregibus, reique agrariae instrumentis, quae nobis ueniunt
2 nomine *inuentarii*. Omnia autem haec praediorum domini desiderarunt, imperatis Germaniae seruorum manumissionibus.

Mercenaria opera sumtuosa.

(a) Qui operas numerauerit,
3 quas cultura agrorum requirit, ille sumtus non mirabitur a nobis notatos. Auxit illos conductitiorum seruorum instabilitas, neglectus, desidia, ferocia, procacitas, obsequii of-
4 ficiique obliuio. Quos morbos ille demum intelliget, qui alicuius nominis praedium colere & curare debet beneficio seruorum, qui mercede annuatim conducuntur. Vulgi
E sermone dicitur, fundum, qui *angariis, consitis, emphyteutis*, hominibus propriis, seruitiisque glebae adscriptis destituatur, auibus conferendum deplumatis uel equis ca-
5 renti aurigae. Ein gut das keine hofdienste oder frohnen hätte / wäre ein Vogel ohne flügel / ein fuhrmann ohne pferde Wer alles feld durch mietbleute bauen wolle / der schöpffte wasser mit eitem sieb. Quoniam fructus abirent in operariorum mercedem.

b) manumissorum egestate.

§. III. Neque difficiles esse potuerunt liberti eorumque posteri, quin ea lege agros lubenter susciperent. Cum plerique egestate rerum premerentur (c), neque alia fere illis essent ad cultum & uictum remedia.

c) desidia in rebus alienis.

§. IV. Deinde maior de illis, quae nostra propria sunt, nobis esse solet cura, fides, solicitudo (d): quam in quaestu mercenariorum, quorum operae emuntur.

d) despicientia agriculturae.

§. V. Paucitas tum illorum accessit, qui ruri agere uoluerunt, hominibus manumisfis in urbes se conferen-

Finis iurium dimidiatorum.

(b) Inde enim est, quod illi, quibus iura dimidiata obueniunt, operis plerumque largitoribus suis obligantur. Sie mußen so viele tage zu hofe frohnen; handdienste; gabeldienste; pflugdienste; erndfuhren; mistfuhren; gedrayde fuhren u. s. w. verrichten. Quae omnia causas loquuntur dimidiatorum iurium in Germania.

Causa egestatis manumissorum.

(c) Olim cuncta fere opificia in germanis etiam fuere penes seruos, quorum opera supellectili dominorum eo facilius suffecit, quo tenuior maioribus nostris fuerat is adparatus. Qua propter alius fere generis operas nemo conduxerat, quam rusticas. Ut adeo neque seruis manumissis aliud quid super esset, unde uiuerent, quam ex rusticarum operarum locatione.

Vera origo der Handwercks zünfften.

Neque ego aliam causam uideo, quare Caesares tempore interregni cum alias fere omnes, tum sellularias etiam artes, seruis ereptas, collegiis demandauerint hominum ingenuorum, illaque priuilegio muniuerint, quo prohiberent quosque alios, qui illas priuato instituto auderent exercere. Atque ex illo tempore sartorum & sutorum artes, Caesarum iudicio, omnino factae sunt ingenuo homine dignissimae. Ut risu digni sint, qui litterarum studio id elogium, moribus romanis congruum, praecipui quodam iure, hodieque uolunt tribuere. Sic enim formulas canimus peregrinas, sine iudicio & sensu nostrae reipublicae. Contra enim patriae mores nunc medicos, legum & litterarum cultores Iudaeos hominesque leui macula notatos ferunt; a sartorum uero & sutorum tribu excludunt utrosque, ut horum collegia ingenuis hominibus tantum non digniora primis esse uideantur. Sed dedit hoc imperator subleuandae manumissorum egestati.

Iuris nostri maior cura quam mercenarii.

(d) Huc refero iura dimidiata quaecunque. Siue illa tantum sint redituum, ut fit in locationibus tempora-

ferentibus, ut ciuium numero adscriberentur (e). Utrumque permouit rerum dominos, ut iura in agris constituerent, cum aliis dimidiata.

§. IV. Praeterea, quae paganorum superstitio fuit (f), ut diuisa cum ioue imperia haberent; illa etiam animos Germanorum occupauit, ut, Christum professi, praedia Deo & sanctis uectigalia (g) mallent,

e) religionis nimietate.

porariis assiduisque, den laßgütern/ Meyergütern u. s. w. siue partem concedant dominii, quod fit in emphyteusi den erbzinßen/zinßlehen; siue absumant totum, denen zinßgütern/ fröhnern / dienstleuten u. s. w. Iure meritoque dulce uerbum proprietatis, condominiique incitamentum dixeris fidei & industriae, quamuis re ipsa id multum quandoque fallat. Sunt in uicinia rustici, qui de propriis agris maiores canones & collectas soluunt: quam conductores alienorum. Hac tamen inanium specie falluntur: es wäre gleich wohl ihr eigenes; man müßte auf bessere zeiten und jahre hoffen; man müßte es in beyde hände nehmen und sehen/ daß man sich so hinbrächte.

Urbium caussae manumissi.

(e) Henrici aucupis imperium fuit, ut decimus quisque se in urbes conferret: adeo omnes tum abhorruerunt a ciuitatum institutis. Quoniam isto tempore rusticam uitam uel serui egerunt uel homines proprii uel domini landsassii, hac ipsa causa ordine nobilium insignes. Illi non poterant: hi uero noluerant domicilium uertere &, uillis ac fundis relictis, urbes incolere. Hinc illae hodieque rarissimae sunt, quae ciues habent, nobilitate illustres: nisi, ubi feuda salinaria offenduntur, ut Halae Venedorum, Sueuorum, Luneburgi, ac inprimis Stasfurthi & Salzae, quarum senatus etiamnunc absoluitur landsassiis tantum nobilibus. Alia rerum facies fuit, imperatis Germaniae manumissionibus seruorum. Ex eo enim tempore opificia omnia & mercatus pagis interdicti & libertis urbium incolis, destinati sunt: ut serui manumissi eapropter cateruatim in urbes aduolarent. Unde est, quod hodieque landsassiis nobilibus non liceat uel opifices alere in pagis, uel coquere cereuisiam: cum tamen utrumque olim illis licuerit, quoniam in uillis serui eorum instruxerant omnis generis opificinas.

Praedia paganorum numinibus dicata.

(f) Quae superstitio Romanorum fuerit, ut numinibus suis agros & praedia dicarent, dictum est superius *p. 36. litt q. p. 69. litt. u.* quod institutum plene explicauit Gothofredus. Respexit forte huc quoque *VIRGILIUS in epigram.* quo cecinit: *Diuisum imperium cum Ioue Caesar habet.*

Agri Christo uectigales.

(g) Exempla in diplomatibus medii aeui admodum frequentia sunt,

sunt.

lent, quam libera immuniaque ab huius generis tributo.

f) odiis usurarum.

§. VII. Tandem ecclesiarum diuitias foenori dare, quod omne mutuum esse gratuitum debeat, rem

---

1 sunt,ubi libera praedia Christo; Mariae; apostolis; martyribus; sanctis facta sunt uectigalia. Sanctos tamen puta noui tantum, non ueteris testamenti. Neque enim
2 Abrahamo, Mosi, Iosuae, Samueli aliisque uel templa uel agros dicatos esse reperimus, quasi uetustas illis obesset, quin preces eorum quid possent apud Deum. Momentosum
3 exemplum est uniuersum Angliae regnum, quod Inas rex ex hac religionis nimietate Petro apostolo fecit uectigale, teste, post alios plures, *Matth. WESTMONASTERIENSI ad*
4 *an. Chr. 727.* Id Petri uectigal alii reges post in tantum auxerunt, ut pontifex quaestorem in Anglia habuerit, qui collegit tributum hoc Romamque illud transmisit. Quam
5 prouinciam ultimus sustinuit *Polyd. VERGILIUS*, quod ipse memorat *lib. IV. hist. Angl. p. 118.* Plures auctores habes in der Pufend. erleuterung cap. 4. p 591. Imo templa, arae, lam-
6 pades suos in *pontificiis* habent censitas. Inde memini, uocauisse aliquem Poloniam, das lampen reich/ quod constet, lampadi Petrinae aedis eam uectigalem esse. Nomina quoque noua in hanc gratiam imposita sunt fundis: Marienfeld; Moritzburg; Güter Gottes; Gottesruhe; Josephsthal; Petermannen; Peterleute & quae sunt generis eiusdem. Addam medii aeui diplomata, tria ex quamplurimis.

Rei cum Christo dimidiatae

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

Diploma

Otto Dei gratia Burcgrauius dictus de Wittyn, omnibus in perpetuum. Notum esse uolumus, tam presentibus quam futuris, quod nos Otto de pleno consensu uxoris nostre Iutte, liberorum & omnium affinium nostrorum, medietatem stagni quod Burckewitz dicitur, cum omni iure & utilitate, sicut progenitores nostri & nos in feodo tenuimus pro quatuor marcis argenti redimisimus ut libere possideant & utantur sicut & ante retroacta tempora possederunt. Recognoscimus enim eiusdem stagni medietatem iam dicte ecclesie a felicis memorie Iohanne patre nostro pro anime matris nostre remedio rationabiliter condonatam, licet nos ex quadam pertinacia talem donationem aliquandiu non cessauimus impedire. Ne ergo prefate donationis reconfirmatio in obliuionem queat imposterum peruenire, sigilli nostri robore presentem paginam fecimus communiri, testibus

rem habuerunt, officio hominis christiani indignis-

C simam

bus etiam suppositis fide dignis, quorum nomina sunt hec: Frater Petrus cellerarius, frater Wilhelmus magister conuersorum dicte ecclesie, frater Henricus conuersus & magister Curie in Valckenberg, Elgerus & Iohannes Premslai, Conradus aduocatus noster, omnes hy castellani nostri, Hermannus Sartor, & feodalis noster & aliorum plurima multitudo. Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXVI in Gotsyn, in die beatarum undecim milium uirginum. Alterum est Querfurdensium, quod nunc sequitur: *Priuilegium Dominorum Quernuordensium super vrnam vini ad misse celebrationem.*

In nomine Domini. Amen. Nos Geuehardus nobilis de Quernuorde recognoscimus per presentes, Quod heredum nostrorum dilectorum uidelicet Brunonis, Borchardi & Geuehardi, & omnium quorum interesse dinoscitur, consensu accedente, donauimus & donamus religiosis uiris domino Abbati & conuentui monasterii in Eylcwerstorph uinum musti XVIII. stopas capientem ex vineai n monte Smanico situato singulis annis diriuandam, quam custos dicti monasterii recipiet annuatim, & mediam partem ad opus Dei ministrabit in celebratione missarum. Reliqua conuentui iam dicto in uigilia sancti Martini distribuet. Si autem contingeret forte, quod aliquo tempore uinum in predicta uinea ex sterilitate terre uel per quemcunque modum deperi-

1 *ret, ex iure nos & nostri successores*
nobis ex cellario nostro promissam ti-
nam musti dabimus occasione quali-
bet amputata. Vt autem donatio ta-
lis, ut permissum est, per nos & nostros
2 *sequaces inuiolabiliter obseruetur,*
dedimus presens scriptum nostro si-
gillo communitum. Datum anno
Domini M. CCC. LIII. In die sancti
Viti. Tertium dare uolui in uer-
3 nacula, quod plura momenta habet,
de quibus suo loco dicemus. Est au-
tem tale:

Super memoriam Frietzen Gantzen
& suorum, & super 1. fertonem
4 *censuum.*

In gotis namen/amen. Ich Her
Fritze Gantz Ritter zou Querfurt
vnnd elisabeth meyne eliche wirtyn-
ne mit allen unsern erben bekennen
5 yn disem brieffe/alle dye en seen odder
vornemen/ das wir yn die ere Gotis
vnnd durch seligkeit unser eldern sun-
derlich meynes Vaters / gnant Wip-
precht meiner mutter Jutten und
6 frauen sophien von scheidingen mit
allen gleubigen selen zcu troste haben
gegebin dem Goteshutz zcu eyluer-
storff eyne firdung geldis ewiger zeins
den hern off dem kore / da vmb das
7 sye alle Jar sollen begeen unser el-
dern Jarzeit an dem negsten montag
vor sancte Martins mit langen Vi-
gilien an dem tag dar nach mit sele-
messen mit lutenn/ lesin vnnd singenn
8 alzo es gewonlich ist. Darnach wen
got vber oich odder meyne frawen
gebutit / so sol man die vorgeschriebe-
ne Jarzeit danne halden off die selb-

ten

ſimam (h). Ne tamen hoc lucro eccleſiae carerent, nomen

ten zoeit diſer vorſcheidunge off welchen tag wir danne beyde vorfallen off den ſoll danne ewiglich bleiben das ſelbe gedechtniß vnſer eldern alle miteinander vnnd vnſer mit allen gleubigen ſelen / daß uns allen got geben nach dieſer zeit das ewige Leben. Zcu bekentniß vnnd vrkunde diſer vorgeſchribene rede ha ich Her Fritze vnnd dye meyn mit vnſern yngeſegel geſiſſit diſen brieff / der da is geſchreben vnd gegeben nach gotis geburt da es war Tuſend vnnd firhundert Jar dar nach ym fünfften Jar des tages ſinte Valentius Huc etiam decimae pertinent. De quibus magnae omni tempore diſputationes inter theologos fuerunt, utrum ſint iuris diuini moralis an forenſis tantum Ego, qui prius affirmant, rerum habeo aeſtimatores iniquiſſimos. Deus Leui tribum nulla ditione inſtruxit, ut doctores eſſent, Iſraelitis aliisque ſparſim mixti. Cum ergo duodecimam populi Iſraelitici partem abſoluerunt: aequum fuerat, ut decima pars uniuerſi regni illis adſignaretur. Clerici noſtro aeuo quid? numerus paſtorum num duodecimam efficit partem ciuitatis? Contra unus paſtor coetui praeficitur ter centum ouium. Taceo ipſos quoque clericos in noſtra republica fundos & agros acquirere: ut adeo ex utraque cauſa forte ſua poſſint acquieſcere. Sed glaucoma religionis plurimorum oculos hodieque obducit, quin uideant lumen ueritatis,

Decimae quo iure?

(h) Improbitatis omnis generis uſuras ſunt, qui poſtularunt. In cimeliis meis litteras autographas adſeruo *Philippi MELANGHTHONIS & Hieronymi SCHURPFII Cti*, ubi uterque a Daniae rege Chriſtiano an. 1553. de uſuris lege quadam coercendis eidem conſult9 reſpondet idque hoc fere modo: *Omnes uſuras improbas eſſe, quid numus numum non pariat; ſacer codex nobis illud non uno loco inculcet; mutuum date, nihil inde ſperantes; iudicio paganorum etiam damnentur cuiuscunque generis uſurae. Hinc primo quidem intuitu uideri, Daniae regem bona conſcientia rei modum dare legibus non poſſe, quae iuri diuino morali prorſus eſſet aduerſa. Ne, quincunces uſuris praeſcribendo ipſas uſuras adprobare uideatur. Verum, addunt, alios limites curiam, alios eccleſiam habere. Poſſe itaque regem quincunces in foris tolerare, eccleſiae tamen antiſtitibus*, quod conſilium eſt Phillppi, *ſerio iniungere, ut illi coram populo quascunque uſuras dament excludantque uſu ſacrae coenae, quotquot illis uiuere uelint.* Hieronymus uero putat *ſatis eſſe, regem ſerio in prooemio legis ſubditos admonere; non adprobari uſuras, medicas tamen in iudicio forenſi fore impunes. Magnum uero diſcrimen eſſe inter iuſtum & honeſtum; inter id, quod impune & quod rectum; inter ea, quae tolerentur & illa, quae adprobentur. Uſurae quincunces primi generis eſſe, non alteri-*

Num uſurae ſint iniquae?

Reſponſum Iuris mſct. ad Daniae R. Melanchthonis 1553.

teri-

nomen mutarunt & agrorum dominis pecuniam
C 2 credi-

An omne crimen sit puniendum?

terius. Addo aliqua sermone Philippi,quo is scripsit: Und ist von dem Wucher auf dem Reichstag 1541. viel disputiret worden. Es ist aber ein sehr weit unterscheid zwischen der sünd und zwischen der weltlichen straff/welche bloß zum schutz der menschen angesehen ist. Also wenn ein lediger gesell/mit einer ledigen Frauen unzucht treibet / doch nicht in offentlicher ergernuß/ so übet die weltliche potestat keine straff/ gleichwohl billiget sie solche unzucht in keinen weg. Das ist gemeldet / daß man betracht den unterscheid zwischen der kirchen lehr von der sünde und eusserlicher weltlicher straff / dieses ist also zu Regensburg disputiret worden/ und sind dabey gewesen der alte löbliche Graf zu Manderscheid/ Gerhard Feldwich K. M. Rath/Groperus,Bucerus und ich.

Sententia singularis de iustitia usurarum.

Liceat hac occasione meam quoque sententiam prodere, de iustitia,quam noua ratione tueor, usurarum. Scilicet in omnibus contractibus debet esse aequalitas, qua utriusque contrahentium commoda debent promoueri. Abest enim hic animus donandi iactandique suum. Atque idem nunc dicendum est de mutuo, ubi qui dat alteri pecuniam, damnum sentit,qui accipit ab altero lucrum. Probo utrumque.

ex parte creditoris.

Primum quidem non leui ratione illorum, quibus tanti est, oculorum deliciis priuari ex intuitu solo numorum, quamuis haec etiam causa legitima sit, quoniam Romana iura numorum eapropter statuerunt usum-
1 fructum *l. 28. numismat. ff. de usufructu* neque altera,qua putant,opulentiae opinionem in republica cum aliis, tum mercatoribus maxime tempore nundinarum prodesse, qua
2 ille destituatur, qui numos tradat recipiatque schedas, nuncias quandoque fallaces diuitiarum: uerum alio longe firmiorique filo argumentorum. Scilicet hodie, ubi ni-
3 hil non prostat uenale, stultus sit, oportet, qui numos collegerit, ut oculos pascat, quin potius boni patris familias sit, emere fundos, merces, operas resque fructuum fera-
4 ces. Nemo adeo iners & ignauus est, qui hoc modo acquirendi nesciat uti. Quod si ergo hoc fine numi colliguntur: quis damna non intelligat, quae patitur creditor, usu
E eorundem, quem alteri concedit, destitutus. Ut pericula taceam, quibus creditor alterius fidei se exponit, si, quod saepe praeter spem accidit, eandem fallat.

ex parte debitoris.

Deinde iu-
5 stitia quoque usurarum elucet ex altera etiam parte debitoris. Ille enim creditis numis uel damna auertit uel, quod plurimum fit, lucrum captat, ut graues illi esse ne-
6 queant usurae. Exempli loco; emit quis praedium sexaginta millibus thalerorum: sed desunt ipsi uiginti millia, quin integrum pretium soluat,quae ideo mutuo accipit ab alio.
7 Cum itaque bona eius duabus tertiis exhauriantur, redituum quoque eius praedii non maior pars ipsi debetur: tertia quae reliqua est,opti-

m.

crediderunt, ut quincunces penderent, non usurarum causa, sed iure censuum: quod genus contractus ideo emtionem esse, dixerunt, necquicquam mutuum (i).

Quas

mo iure cedet creditori. Quid uero ad dubitationes a doctoribus oppositas iustitiae usurarum? Quamuis enim primo numus numum non pariat: satis tamen est, numos commoda alteri gignere, digna, quae aere redimantur. Neque domus domum parit: sed tamen nemo in iustum ideo dicit locarium. Deinde utilitatem uideri innoxiam alteri, qui numos credat, in cista otiosos. *Resp.* Contrarium supra ostensum esse: neque locarium ideo solui, quod conclaue habitando reddatur deterius aut quod possessor non opus habeat eodem. Praeterea sententiam sacri codicis puto uel non accipiendam esse ex sensu contrario; uel ad ea tempora respiciendum, ubi rerum permutationes frequentes fuerunt, usus pecuniae tantum accessorius ad dandum rebus permutandis aequalitatem. Ubi enim res eo tantum fine custoditur, ut praesto sit, cum illa fuerit opus, eius generis mutui & ego improbauero usuras. Exempli causa, frumentum aut panem alteri das, ut cum eo tibi opus fuerit, quod dedisti, recipias: tum in humanas esse puto foeneris rationes. In mores nihilominus iuit apud rusticos, ut reddituri, quod accepere, usurarum loco aliquid super addant, quod uocare adsolent das Uffmaß. Sit uenia ambagibus.

Census cur emti dicantur?

(i) Id ex formulis diplomatum

1 medii aeui intelligitur, quorum duo exempla hic addimus. Primum est: *Nos fratres Nicolaus Prior, Reynardus supprior, Iohannes Cellerarius, Iohannes Bursarius totusque conuen-*

2 *tus monasterii Dobirlug publice recognoscimus per presentes, quod reuerendus in Christo pater & dominus, dominus Henricus de Ortrand noster & dicti monasterii Abbas, consensu*

3 *& assensu, maturo consilio & bona uoluntate seniorum nostrorum & totius dicti conuentus accedentibus, emit iusto emptionis titulo a discreto uiro Iohanne Rasik in uilla dicta*

4 *Dresik, quam a nobis & nostro monasterio tenet iure feodali, vnam sexagenam & XL. pullos annui & perpetui census dicto Domino Abbati ad uitam suam duntaxat, & post eius*

5 *obitum dicto conuentui perpetuis temporibus persoluendam. Quam quidem sexagenam latorum grossorum Prior, qui pro tempore fuerit,*

6 *singulis annis in festo Michahelis colligere, & dicto domino Abbati quam diu uixerit, & post uitam conuentui predicto, qualibet contradictione & dolo quocunque semotis debebit ministrare. In cuius rei testimonium*

7 *& memoriale sempiternum Sigillum sepedicti conuentus nostri presentibus est appensum. Datum & actum Anno Domini M. CCC. LXXVIII. in octaua epiphanie Domini.* Alterum vero hoc:

Eite-

Quas diuae matris praeſtigias eodem deinceps iure ciues ſunt imitati; ut, ſi non boni eſſent, boni tamen, eccleſiae exemplo, eſſe uiderentur.

§. VIII. Addunt plerique etiam doctores triſtiſſimos bellorum euentus. Populum enim uictorem hoc fine incolas deuictos in priſtinis agris reliquiſſe pu- *g) euentu belli.*

Litera Hans Kuchels ſuper L. fl. reemptionis

Jch Hans Kuchen zcu Yſleuen wonhafftigk bekenn öffintlich yn dieſem brieff vor mich alle meyn erbenn vnnd erbnemen / das ich recht vnnd redelichen vmb meynes ſünderlichenn nutz vnnd fromen willen denn Erwirdigenn wirdigen vnnd geiſtlichen Herrn Johanni apte / Anthonis priori Symon cuſtodi / michaeli procuratori vnnd der zcu dem ganzcen conuent des cloſters zcu marienzcelle ſancti Benedictus ordens bey dem dorffe Eyluerſtorff gelegen Halbeſtadis Biſtums vnnd allen oren nachkomelingen vorkaufft habe vnnd gebe zcu kauffe vff eynen rechten vnnd reddelichen widdekauff Jn krafft dieſes brieffs zcwen rinſche gulden jerliches zcinſes gut am golde vnnd ſweher gnuck am gewichte off meynen garten vor dem heyligen geiſte vor Yſleuen vor den vorſtehrern itzunt genanten heyligen geiſtis zcu he lehen rürendt. Dorumb ſye mit bewuſte gegeben haben bezcalt vnnd übergezcalt haben funffzeigk rinſche gülden / dye ich furder an meynen ſcheinbarlichen nutz vnnd groſſen fromen gewant vnnd geleyte habe. Welche ytzunt gnanten zcwen gulden rin-

1 ſche jerliches zcinſes gerede vnnd gelobe ich obgenanter Hans Kuchen fur mich alle meyne erbin erbnemen vnnd wer dieſin obgeſchriben gartin je het bey meynen guten waren trawen
2 de vorgnante Herrn apte vnnd ſamenunge zcu der marienzcelle vnnd jeen nachkomelingen gutlich vnnd fruntlichen yn yrem cloſter do ſelbiſt alle jar jerlichē off vnſer lieben frawen tag
3 wurtzwei nach gebung dieſes brieffs vnnd dye weile diſer zcinß nicht widder abgekaufft iſt gütlichen vnnd fruntlichen zcu bezcalen gebenn vnnd aufrichtenn an allen iren ſchaden angeuerde.
4 Auch haben myr die obgnanten Herren apt vnnd ſamenung den gunſt vnd willen gethan / das ich dye obgemelten zcwen gülden rinſcher jerliches zcinſes widder von on keüffen magk / in welchem
5 jar vnnd zcit mir meyn erbenn odder beſitzer obgenanten gartins das ebend vnnd geuellig iſt vmb funffzcig gülden rinſchs in gewicht vnnd geſtalt wye obingeſchriebin. Vnd
6 wen ich / meyn erben erbnemen odder beſitzer obgnanten gartins obgeſchriebin meynen keuffern ſulche funffzig güldenn mit ſampt den vorſeſſin zcinſen ſo der hinderſtellick weren bezcalt habe / ſullen vnnd wollen ſye

putant, ut iurium dimidiatorum leges sequerentur. (k) Exempli loco Sueuiam allegant Vandaliamque (l). Opinio, quamuis testatissima sit, calculum me-

sye mir meynen erben erbnemen odder Inhaber obdachtis gartens diesin meynen brieff widder geben/vnnd der selbige brieff alsdan machtloß seyn vnnd vnkrefftig. Zcu vrkuude vnnd fester sicherunge hab ich den fürsichtigenn Bartholomeum Gerhart des erbarn ratiß zu Ysleuen stadtschreiber das er seyn pitzschier om vnnd seynen erben unschedlich vor mich meyn erben erbnemen odder Inhaber dißes obgeschriebin gartens an diesen brieff zcu heingen gebetin Vnd wye vorgeschriben gescheen das also bekenne. Gescheen am sonabent nach martini nach Christi geburt Tausent vierhundert vnnd im nunzcigsten Jar. Quid? quod etiam uulgi sermo hodieque sit, zinßkauffen/ dienstkauffen/ id est mutuum dare alteri, ut, usurarum loco, annuos pendat census uel canonem praestet uel seruitia. Ceterum nescio, qua causa mercatores Saxonici uenditis mercibus pecuniaque ipsis numerata dicant: sie hätten heut gut geld gekaufft / magis apposite alii Germani: er hätte heute viel geld gelöset. Sed uincit usus rationem.

Belli iniuriae num causa iurium dimidiatorum?

(k) Bella uel priuata sunt uel publica, atque haec iterum uel domi uel foris gesta. Singula dicunt effecisse, ut agrorum iura dimidiarentur. Primum quidem & alterum genus, quoniam possessores fun-
1 dorum patronos quaesiuerint imo
censu, canone, dominioque directo
propositis acceperint etiam, qui illos
securos praestarent a priuatorum
latrociniis. Quod si uero in manus
2 peregrini uictoris uenerint ciues,
Romanorum exemplo, parte non solum regionis eosdem mulctatos esse;
sed etiam id, quod incolis relictum
fuerat, censibus & uectigali onera-
3 tum, ut nomina agrorum paganis
remanserint, neruos eorum utilitatesque consequuti uictores & res publica. Inde doctrina Romanorum,
extra Italiam dominia non reperiri.
4 Prouincialium praediorũ possessores non dominos esse; sed possessores.
Dubitatum quoque num illi agrorum uindicationes haberent? Quod
negatum est, cum publiciana illis
5 tantum competat, quod plenius explicauit *ALTESERRA ad Tryphonium tit. de rei uind. p. 265*

Num id de Suenia uerum Vandaliaque?

(l) Sueuos enim Chlodouaeus
hac quidem lege subiugauit, ut ple-
6 rique eorum subirent iugum serui-
tutis. Itaque duriorem hodieque
sortem agricolarum esse putant in
Sueuiae pago, quam in reliqua Germania. Testimonia congesserunt
7 *B. RHENANVS lib. 2.* sub initium,
p. 262. VADIANVS l.b. 2. p. 34. STVMPFIVS lib. 4. chron. c. 27. WVRSTEISEN chron. Bas. maiori lib. 2. c. 5. CRVSIVS annal. Suen. Part. 1. lib. 8. p. 212. LEHEMAN.

lib.

meum non impetrat. Romanos enim mores sapit: necquicquam uero Germanos (m).

§. IX. Quod de Germaniae desertis in eodem hoc argumento monent, quae cultoribus hoc iure fue- b] *nouali-um numero.*

lib. 2. c. 19. 20. GRYPHIANDER *de Weichb. Sax. c. 24. n. 9. seq.* Joh. CVLERVS *in Rhaetia lib. 5. p. 59.* MAGERVS *de aduoc. cap. 6. n. 730.* HEIDER *in act. Lindau. p. 597.* Venedos, qui irruptionibus fere quotidianis impetierunt finitimos Germanos, Henricus auceps & Otto primus deleuerunt atque ex tot cladibus superstites, mancipiorum instar, reliquis Germaniae incolis uendidere, ut tota gens in diuersas patriae nostrae oras dispergeretur. Imo tam alieni fuerunt postea Germani a moribus & sanguine Venedorū, ut suos prohiberent a connubiis eorum neque paterentur, ut illi iura acquirerent ciuium aut landsassiorum. Imo Venedi nominis quoque memoriam uoluere extinctam, quo factum est, ut Brandenburgensi Marchiae adpellationem darent Saxoniae transalbinae, inprimis Henrico Leone & Alberto Vrso imperantibus, qui, nouo conatu, multa millia Venedorum expulere, Francis & Belgis in loca eorum substitutis. Testimonia suggerunt HELMOLDVS *lib. I. chronic. Slau. c. 88.* & huius interpres Bangertus. HERTIVS addi potest *de hominib. propr. Sect. I. §. 5. p. 162,* & Comitis *ab* ARCO *formula marchiae Brandeburg. §. 4. litt. 1. p. 42. §. 5. p. 51, §. 10. p. 87. §. 12. litt. k. p. 101.*

(m) Superius ostendi *litt. k.* quod Romani populos deuictos in seruitutem redegerint; agros autem reddiderint uectigales ac stipendiarios, atque possessoribus iura dominii negauerint, quod esse, dixerunt, penes rempublicam. Quapropter bella apud Romanos & seruitutum causae fuerunt & censiticorum agrorum. Quid uero haec ad Germanos, qui peregrini uictoris iugum nullo tempore subierunt? Migrarunt germani prouincias, ut alii in loca, possessoribus uacua, se conferrent. Ita Venedi Vandaliam occuparunt, a Vandalis sponte emigrantibus derelictam. Herulorum ac Hunnorum irruptiones afflixerunt Germanos aliquandiu: necquicquam uero oppresserunt. *Thuringi; Boii; Saxones* in potestatem cesserunt Francorum: non in seruitutem. Populi enim hi tributa soluerunt regibus Franco Gallorum; salua libertate & proprietate dominioque praediorum. Dubito, Clodoueum duriorem fuisse Sueuis; si pauciores exceperis, qui ferocitate perfidiaque animum eius irritarant. Infeliciores Venedi, quorum fata *litt. l n. 4. 5.* explicauimus. Si ergo seruitus causa *hominum propriorum*, cur nulla huius generis nomina in Marchia Brandeburgensi offenduntur. Breuiter; serui aut prer-

Seruitutes & iura dimidiata Germanorum necquicquam a bellis.

fuerint adſignata, magis huc facit (n); ſed iſte contractus locum ſuſtinebit ſingularem.

i) delicto. l) aere alieno.

§. X. Illud etiam euenire potuit, ut, multae praediorum iura dimidiarent (o); uti aes alienum uniuerſim. In cauſis uulgaribus aliis doctores laudare malo, quam crambem recoquendo ſtomachum mouere (p).

CAP.

prorſus manumiſſi ſunt; aut ex aliqua tantum parte. Primum accidit, ubi incolarum maior cultura; alterum, ubi quondam minor fuit. Id conſtat, Pomeraniam; principatum Meklenburgenſem; Holſatiam; Weſtphaliam; Sueuiam & Franconiam *hominum propriorum* cohortes alere hodieque: in reliqua Germania haec fere nomina exulare. Occurrit alia regula: quo principum *maior* auctoritas; eo *rariores* ſunt priſtinae ſeruitutis reliquiae & frequentiores eapropter emphyteutae, cenſitae, angariae, cetera: contra, quo magis *adducti* ſunt principatus, eo *addictiores* agricolae landſaſſiis, id eſt, eo luculentiores ſunt ſpecies ſeruitutum. Fundamentum haurire licet e *p. 147. litt. u.*

Noualia, qui cauſae iur. dimidiator.

(n) Quod de Germanis uniuerſim Tacitus & eius interpres, *CLVVERVS lib. I. cap. 13.* id ſigillatim de Sueuis memorat *Felix FABER lib. 1. p. 76. laudem maximam putabant quam latiſſime a ſuis finibus uacare agros & uaſtatis circum ſe finibus ſolitudines habere.* Ita eſt, Germani quondam ſyluis ac deſertis uſi ſunt ad delicias & propugnacula. Verum ex quo cultiores facti ſunt, ſylueſtria ac deſerta loca in agros commutarunt. Multum autem operae ponendum fuerat, ut ſolum uerteretur. Quo factum eſt, ut, uel cenſu uel operis uel parte dominii uel hiſce officiis ſimul reſeruatis, ipſos fundos aliis adſignarent. Utinam in nimio non peccauiſſet huius orae incolae. Inopia enim ligni & paſtus ciuium hic uere perimit fortunas.

(o) Hac arte uſi ſunt inprimis clerici, ut laicis perſuaderent peccata uix dignius lui poſſe, quam perpetui cenſus obligatione. Notum eſt, quod Polonia, a pontifice ob caedem Stanislai proſcripta, pacauerit iram antiſtitis annuo uectigali, Romanae curiae promiſſo. Principes etiam & iudices iiſdem uſi ſunt remediis ad canonem imponendum peccatoribus ſubditis.

Qui eorum cauſae delictae?

(p) Hos cenſus *conſtitutiuos* dicimus, ſi quando proprietarius fundi eum alienare noluit, ſed quo nomen ſolueret, ab alio pecuniam accepit, & loco uſurarum obligauit creditori annuum cenſum; dominium directum; operas; ſiue coniunctim, ſiue ſigillatim. Sunt ultima haec tra-

& maxime aes alienum.

CAP. III.

DIVISIO IVRIVM DIMIDIATORVM.

§. I.

VT illam iurium dimidiatorum infinitudinem, quantum fieri poterit (q), in ordinem redigam: singula eorum disponam in tres classes.

Tres classes, ubi dominium plenum uel 1) penes herum,

§. II. Prima eorum est, ubi omne DOMINIVM fundi penes HERVM remanet: fructus uero ex eodem

D ob-

tractationis uulgaris, quae passim reperis apud *BONIVM de censibus* artic. 25. *FALLERIVM de contractibus censualibus, uerbo census, SVMMERHARD de contract. q. 72. COVARRVVIAM lib. 3. resolut. c. 7. Frid. MARTINI de iure censuum cap. 2.* Qui modos etiam explicant, per quos dimidiata iura *donatione; institutione; legato; transactione; praescriptione; pacto; dote* aliisque rationibus acquiruntur. Verum haec satis constant hominibus, iura romana doctis. Id tamen obseruo, in rebus medii aeui, emphyteutas, beneficiarios, hominesque generis alius, qui fundos possederant ea lege, ne illos alienarent, censuum quandoque uel operarum onera creditoribus suis constituisse, qui moribus ac temporum longinquitate postea in ius iuerint: quamuis id principio frustra factum esse, intelligatur. Qui enim dimidiat iura minuitque, is partem alienat eorundem.

Infinitudo iurium dimidiatorum.

(q) Septuaginta & quod excurrit, iurium dimidiatorum genera enumerauimus *p. 40. litt. b.* Facile nunc
1 fuerit, numerū istum augendum et duplicandum; cum plurima post ostenderim, multaque restent, quorum non memini. Addas ergo si lubet: Anzugs-Schilling; Bann-
2 forst; Bargegeld; Beherdischeiten; Bedemond; Bringmikel, Budigler; Burgfeste; Breitguth; Berchenhatz; Dienergeld; Dimengeld; Dinghöfe; Dunckwercke; Dienstzins; Erbgeschoß; Erbfallszehenden; Ertagwen;
3 Friedschatz; Gatterzinß; Gewandfall; Grasegeld; Haußlingsgeld; Heerdrecht; Hindersitzlein; Hoffrechtsgut; Hofpacht; Hofezinß;
4 Hulfgeld: Hubengeld; Kostgeldsguth; Kösgüter; Landschätzig; Leibhüner; Lemmergeld; Liedlohn; Mägdeschilling; Meybethe; Meykuhebethe; Mißkorn; Nachbardienste; Ohrbethe:
5 Pfannenzinß; Pfleegschafften: Pferdegeld; Reichsleute; Rodlender; Sandalien geld; Senforathuffen; Schauergeld; Schöppenhuffen; Serdborg; Sendzinß; Schlüsterenen; Schutzgeld; Sattelgüter;
6 Stolhöfe; Schaffscheergeld; Tabernengeld; Tagwercken; Tagenwarden; Theilschilling; Waßelviech; Vogtskute;

obueniunt clienti (r). Huc pertinent res colonorum, quae uariæ & multiplices.

2) clientem,

§. III. Altera ex contrario eorum, ubi omne DOMINIVM CLIENTIS est: heri autem redituum, operarum, rerumque portio definita (s). In quo numero census, uectigalia, angariae & alia plura eius modi.

3) inter utrosque dimidiatum.

§. IV. Tertiam illa constituunt, ubi ipsum DOMINIVM ita est inter VTRVMQVE DIMIDIATVM, ut ea, quae heri sunt, directum; quae clientis, utile audiant

---

leute; Armannen; Urbarleute; Wachszinsen; Weichsaat; Zeissengeld; Zwangdienste. Horum quidem aliqua explicauit *WEHNERVS*, vir patrii iuris callentissimus, & quotquot eundem dispari fere successu in hoc studii genere sunt imitati, *Speidelius; Authaeus; Besoldus; Fritschius; Rudingerus; Dietherrus*; sed innumera argumenta restant, a nullo illorum occupata.

Discrimen inter dominium rei & fructuum.

(r) De *Dominii* verbo actum est p. 43. *litt. z.* & *p.* 129. maxime *Sect. 2. c. 2. § 3. litt. l. p. 131. n. 4. 5.* Hic loci illud inprimis tenendum est, dominium quidem aliud *rei*, aliud *redituum* esse alterumque tribui quandoque *usufructuario; conductori, b. f. possessori.* Verum in *hoc* significatu uocabulo dominii hic non utimur. Ita enim conductor quoque, fructuum intuitu, ex re sibi deuinctorum dicere potest: sein gut; so weit gienge das seinige. Primus itaque uerbi sensus huc pertinet, qui rem ipsam afficit dimidiatque, quod Ger-

1 mani etiam signant nomine *proprietatis.* Quamuis perpetuus colonus fructus & reditus sibi deuinctos habeat: rei tamen ipsius *omnis proprietas* remanet penes locatorem:
2 er hat die blose nutzbarkeit und kein nutzbares eigenthum / welches hingegen dem Erbzinßmann zukommt. Qua tamen de re suo loco. Simile iudicium est von Laßgütern; herrn-
3 günstlern; Meyergütern; Cöthern; Beständern; Pachtschäffern / & quae sunt eiusmodi ex superioribus p. 140. & p. 161. repetenda. Quamuis nomina multuplicia sint,
4 litterisque inuicem prorsus distent; quae explicabimus infra sigillatim.

Censitis rerum est proprietas.

(s) Ut *colonus* nullam dominii partem habet: sic deest nulla dominii pars *censitae.* Huic itaque in-
5 tegrum est, fundum censu adiectum inscio hero, den Zinß oder Dienstherrn ohnbefraget / uendere, diuidere, commutare. Fateor quidem, Germanos, usu sic ferente, illum, qui censuum iura habet,

no

diant (t). Quam indolem habent contractus emphyteutici & qui in patrio iure his sunt uicini.

Genera ex his conflata.

§. V. Verum tamen cum temporum spatia (u);

 in-

non minus dominum salutare, den Zinßherrn; censitam uero den Zinßmann. Verum minus recte, nisi id uel honoris causa fiat; uel intuitu operarum, si quidem illas addixerit eidem censita. Verum suo loco dicam, factum esse hoc uerbi abusu, ut censitas cum emphyteutis & uasallis manifesto errore confuderint partes & iudices, rerum ignari. Loquor tamen de hoc contractu, qua is simplex est; saepe enim fit, ut aliquid emphyteuseos admixtum habeat, de cuius rationibus suo loco. Pertinent ad hanc classem die Zinßmannen; Frohner; Hübner; Petermannen; Gottes Haußleute; Landsideler; & quae sunt generis eiusdem in superioribus p. 140. & p. 161. enumerata.

Emphyteutae dominium dimidiatum.

(t) Ita scilicet est, emphyteuta der Erbzinßmann / in eo differt a censita dem Zinnßmann: quod ille partem tantum habeat dominii siue proprietatis; hic uero dominium ac *proprietatem* uniuersam. Nam Germani uocabula Herrlichkeit oder Herrschafft digniora habent & magis momentosa, quam ut exprimi eadem possit emphyteusis; quamuis largiores faciliores que & illi sint in nomine Herrn / quod *p.* 162. *litt. s.* diximus. Itaque hoc casu diuidunt utile & directum dominium in das nutzbare Eigenthum und das obere Eigenthum. Qui etiam stylus est curiarum medii aeui, ut *utilis proprietas* apud emphyteutam; *proprietas* autem *superior* apud herum seu dominum emphyteuseos esse, uideatur. Quod discrimen quoque adfert FELTMANNVS *de iure in re p.* 145. Huic classi adsigno die Erbzinßleben; Cölnhöfe / & si quae alia sunt, e p. 140. & p. 161. huc referenda.

Confusionis Lehen; Zinßleben; Zinß; Erbpacht / causa a) tempus.

(u) Quamuis triplicia, quae recensuimus, iura inuicem plurimum differant, quantum scilicet dominus & locator; dominium rei & ex illa uectigal: euenit tamen, ut summa imis commiscerentur. Operae itaque pretium fore, existimo, causas summatim explicauisse maximae in foro perturbationis. In his primo TEMPVS occurrit, quo illa, quae ab altero conducta fuerunt, ob diuturnitatem possessionis speciem condominii acceperunt aut proprietatis. Exemplo id doceri potest, der Laßgüter / cuius generis bona quamuis conducta sint, facile tamen ob temporis longinquitatem speciem induunt agrorum censiticorum. Inde dissidia in foris ob das quaestionirte stücke für ein Zinßgut oder Laßgut zu achten sey. Inde cautelae: ut canon mutetur quouis decennio. Inde praesumtiones; agrum *censiticum* praesumi, non *lassiticum*, uenia sit uoci, ob uniformem canonem, per quindecim annos solutum.

[x]

interualla locorum (x); pactorum rationes (y); studia iudicum & partium (z); ignauia seculorum (a);

b] locus

[x] In illis oris maxime, ubi maior academicae iurisprudentiae auctoritas. Contra enim ubi iudices sunt, usu magis edocti, quam in scholis tantum enutriti: ibi minor perturbatio in hoc genere consuetudinum. Sueuiam & Franconiam magistram ideo dixeris in patrii iuris genuina uetustate. WEHNERO certe; BESOLDO & SPEIDELIO plus in hoc genere debemus, quam centum aliis, qui ad suprema contenderunt Romani iuris fastigia. Marchici etiam doctores palmam hic aliis quondam praeripuerunt, in quorum numero sunt DIST. LMEIERVS; SCHEPLIZIVS; BRVCKMANNVS, cuius uiri consiliorum ineditorum uolumen apud primariae dignitatis administrum latet, qui eo fine mihi spem fecit, ut exeat in lucem, KOHLIVS deinde; COEPEN & MVLLERVS; Meklenburgica & Pomeranica his optimo iure addo. In quibus MEVIVS *ius publicum singulare Pomeraniae* in deliciis habeo, quod nuperrime mecum communicauit insignis iustitiae sacerdos. Rheno uicinae prouinciae minus etiam aliis habent peregrinitatis, qua caussa magnum in hoc argumento lumen accendunt, qui iura in *camera imperii* responderunt. Saxonia faciem peregrinam induit a temporibus Augusti, noui legislatoris. Conferantur loca ad quae remittit lectorem *p. 77. litt. g. n. 4.* Inde PISTORI; HEIGIO; SCHVRPFIO maior hic fides, quam recentioribus, qui

1 longius a tempore absunt iuris, quod dicitur emendati.

[y] De singulis exempla accipe. *Feuda* finem propositum habent seruitia; sed pactis factum est, ut plu-
2 rima, loco eorum uel etiam praeter illa annuum praestent domino tribuantque uectigal, quibus nomen est der Beutellehen. Quod tegumentum suppeditat possessoribus,
3 quo agros feudales censiticis inuoluant adnumerentque allodiis. De *emphyteusi* canon non lucri caussa soluitur; sed pro directi dominii conseruanda memoria. Verum sunt
4 domini, qui cum emphyteuta conueniunt, ut operas praestet; ut fructuum partem reddat; ut pendat quotannis pecuniam non leuem:
5 quae schemata cum censiticorum agrorum aut iuris etiam colonarii sint, facile est ad iudicem fallendum, ut, primo relicto, alteri ac tertio generi contractum attribuat. Contra si *censu* leuis est, ea propter potest
6 haberi pro canone emphyteutico.

c] pactas

(z) Damnat alius feuda; alius adpetit atque ab allodiis abhorret. *Avus* eo contendit, ut agri indoles sit emphyteutica; quam neque an-
7 nuo censu dubitat tueri, cuius fauore principem quoque trahit in partes. Contra pater, diues filio-rum, ut nomen gentilitium perennet, ut ipsi immunitas a collectis, ut
8 in ordine nobilium prouinciae ei locus, beneficiarium mauult praedium, quam Fribonn p. 53. n. 6. allo-

d] studia partium.

(a); uerborum & formularum ambiguitas (b); schemata denique horum contractuum (c) multa turbauerint, miscuerint, summa imis paria fecerint: res ipsa non patitur, ut omnia ex ordine, iamnunc proposito, recenseantur. Forte tamen neque ingrata erit uarietas, in qua patria hic iura deprehenduntur.

CA-

allodium. Sic memini, aerario prin- 1
cipis non leuem pecuniae summam
numerasse alios, ut ex feudo allodium
fieret, daß man ihr lehen zu erbe; alios
iterum, ut ex allodio feudum, daß
ihr erbgut zum ritterlehen gemachet 2
würde. Cum utrinque maxime
intersit, pro diuersis rationibus
temporum ac possessorum.

e) *ignaviâ*

(a) Haec discrimina repeti pos-
sunt ex illis, quae dicta sunt supe- 3
rius *p. 121. n. 7. p. 143. litt. g. p. 145.
litt. q. n. 3.* Habent Angli, Sueci,
Dani in Academiis praeter legum
Romanarum doctores etiam PROFES-
SORES IURIS PATRII; Cum fieri uix 4
possit, ut unus par sit utriusque
iurisprudentiae facultati. Verum
haec fortuna nondum regit Ger-
maniam nostram: quamuis illa
maximopere opus esse uideatur, ob 5
legum, quae in diuersis patriae pro-
uinciis sunt, ingentem diuersitatem.
Optime igitur de republica mere-
retur princeps, qui, hac sparta alicui
sigillatim quoque in Academicis 6
commissa, desiderium hoc primus
expleret, ut alii exemplum proposi-
tum haberent, quod & ipsi imitaren-
tur.

f) *homonymiae*

(b) Scribi satis non potest, quan- 7
topere uerba patrii iuris discrepent,
& sensu & adpellatione in hoc maxime argumento. *Emphyteusin* alii a *censu* denominant dicuntque illam einen erbzinß; alii *feudi* uocem adglutinant eidem ein erbzinßlehen; alii autem, Belgae inprimis, illam *locationis* uocabulo insigniunt einen Erbpacht. Homonymiam uerbi lehen/ quo Saxonibus maxime de rebus etiam censiticis & colonariis iuribus dicitur, das gut lehnet dahin u. s. w. illud quidem supra explicauimus loco singulari *cap. 3 p. 49. litt. f. p. 51. litt. i.* Omnia haec ita se habent, ut quis ab emphyteutico iure abduci & dilabi possit in deuios feudorum, censuum, locationis contractus. Sic Lassen & Meyer aliis emphyteutae sunt; aliis coloni.

g) *schematâ*

(c) In mores iuit, ut & emphyteutae & censitae *inuestiantur*; alienaturi uel *consensu* domini opus habeant uel praescitu eiusdem, quod discrimen multi non penetrant; *laudemia* soluant; *fidem* iurent temque teneantur *meliorem* reddere necquicquam deteriorem ceteraque pariter praestent utrique. Quo certe fit, ut haec uel inter se uel cum ipsis etiam feudis commisceantur. Consultores quidam principi fuerunt, ut ad omnia haec onera adstringeret

quo-

CAP. IV.
DE CONDVCTIONE PERPETVA (a), dem Erbpacht.

§. I

Definitionis PERPETVAE CONDVCTIONIS uerbo *contractum* uolumus *eumque nominatum, ac consensualem, quo rei dominus usum eius hereditarium alteri largitur, pro mercede inter contrahentes definita*.

explicatio. Verborum a) contractus.

§. II. Singula definitionis momenta sigillatim explicabimus. Principio genus eius statuimus CONTRACTVM (b): ut constet, non accipi conductionem de

quoque assiduos conductores. Qua ratione & huius contractus cum indole illorum fieri potuisset commixtio.

Causa inscriptionis. [a] Conductionis malui uerbo uti, quam locationis. Quamuis enim haec correlata sint atque hoc casu *a potiori locatione scilicet, fiat denominatio:* leges tamen *perpetuae conductionis* mentionem faciunt *l. 10. uiam ueritatis C. locat. conducti: siue* PERPETVA *conductio est, ad heredes transmittitur, siue temporalis, si tempus locationis non finitum. In C* THEOD. *l. 5. Aedificia de loc. fund. iuris emphyt. sub perpetua conductione* locare pariter occurrit. *Perpetuarii qui?* PERPETVARII eodem quoque sensu conductores audiunt die Erbpächter *l. 1. diui C. de locat. praedior. ciuil. fiscalium & l. 3. loca eod* ubi dictio offenditur: PERPETVARIIS *conductoribus locentur. Locationem uero perpetuam* non memini legislatorem ullibi dixisse. Licet FVNDI *perpetuarii* *Fundus perpetuarius.* ein gut im erbpacht *l. 14. Aeternae Cod. Theod. de tironib.* & perpetui iuris *l. 5. praedia C. de loc. praedior. fisci* IVRIS perpetuarii das erbpachts recht *l. 1. ad palatinorum C. de officio Com. Sacr. Palatii* aliaque nomina se nobis obtulerint in hoc argumento. *Ius perpetuarium* Accedit, quod Germanica uox etiam latinae concinna sit, cum Erbpacht/non Erbverpachtung, Erbpächter; non Erbverpächter uulgi & curiae usu scribere soleamus. Errant autem iuris Romani lexicographi inprimis SPIEGELIVS cumque CALVINVS, qui *perpetuarios* illos colonos dictos fuisse putant, quorum locatio ad dies uitae durauerit. *Error lexicographorum.* Quamuis enim PHILOXENES glossator perpetuo διὰ βίου reddat: Contrarium tamen cum ex innumeris aliis locis, tum ex *l. 10. uiam ueritatis C. loc. cond.* patet, sub initium a nobis prolata.

(b) Neque enim locatio pro iure ipso accipitur, quod locator concedit, *Num sit contractus?* susci-

de iure conductoris, uerum de conuentione. Deinde mentionem fecimus NOMINATI (c) contractus: quoniam uicinitas eius cum innominatis mater est mul-

b) nominati,

suscipitque conductor, ut supra de 3
feudis habuimus *Sect. 1. litt. b. p. 60.*
Sect. 2. p. 83. litt. t. p. 104. litt. o. p.
117. *litt. a.* uerum de ipsa potius
conuentione ultro citroque inita.
Hinc in iure audit pactio *l. 25. §. 1.* 2
ff. locati; conuentio *arg. l. 17. C. lo-*
cati; imo titulus *l. 25. ibid.* contra-
ctus *§. 3 I. de locat.* & alibi passim.
Latini auctores locare deducunt a
locum dare, quod plenius explicant 3
BVDAEVS ex eoque *CONNANVS* in
commentis ad digesta. Male *ISIDO-*
RVS lib. 5. c. 25. origin. p. 931. n. 41.
LOCATIONEM *rem dicit, ad usum da-*
tam, cum definitione mercedis. Quo 4
ipso censuram is meretur, quam at-
tigi *p. 82. litt. s. n 1.*

An nominatus sit? Rationes dubitandi.

(c) Quamuis enim perpetuae
conductionis natura ualde anoma-
la & tantum non indoli locationis 5
prorsus uideatur aduersa esse *l. 1. C.*
de iure emphyt. ut adeo ad innomi-
natos magis contractus referri que-
at §. 4. *I. locat.* praecipue si merces
non in pecunia soluta fuerit, sed in 6
frugibus *l. 1. §. 9. ff. deposit. & l. 23.*
ff. de communi diui. quod plurimum
fit, ne opus sit principi, ut omnia ad
uictum & cultum redimat numis,
absonderlich wenn die Aemter nicht 7
weit von dem Hofflager abgelegen
sind / da die Lieferung an Früchten
und uictualien besser zu seyn scheinet;
imo graue non minus ipsis arato-
ribus, ad aeris solutionem eosdem
adstringi, ut lex uelit; *Domini prae-*
diorum id, quod terra praestat, acci-
piant, pecuniam non requirant, quam
rustici optare non audent l. 5. C. de
agricolis; quia interest etiam patris
familias, aratores parum nundi-
nari, ne sordeat illis agricultra,
monitore *COLVMELLA lib. 1. de re*
rustic. cap. 1. p. 5. imo miserum ex
agro homines traduci ad forum ab
usu rerum rusticarum ad mercatus
ciuitatum, quod C. Verri expro-
brauit *CICERO*, in eundem *oratione*
p. 675.

Rationes decidendi.

Veruntamen indolem contractus tempus non mutat, quod supra dictum est *p. 129. litt k. n. 4.* imo locationi tantum non illud peculiare, quod pactis identidem mutetur nouamque accipiat faciem §. 4. *I. de locat. l. 15. ff. locati cond.* deinde perpetua quoque conductio non eapropter desinit esse dicique conductio *l. 10. C. locati cond. l. 1. ff. si ager uectigalis.*

Num merces esse possit in frugibus?

praeterea ex agris decumanis decimas accepit respublica Romana; sed illos locatione obuenisse conductoribus, qui loco mercedis easdem in frugibus exhibuerunt adeo certum est, ut Verres, post alias, ex his etiam causis in crimen uocatus sit, quod, Siciliae praefectus, a conductoribus decumanorum, loco decimae partis frugum, acceperit numos, cum tamen Roma indiguisset Siciliae frumento. Qua de re plene ac uehemen-

e) consensualis,

multae perturbationis. Post CONSENSVALEM (d) diximus, cum frustra sint, qui eundem absolui putant nonnisi litterario instrumento.

§.III,

menter differit *CICERO secunda oratione in Verrem.* Ex antiquo patriae iure locationis certe contractus penitus exularet, nisi, merces in parte frugum a locatore posset constitui. Vsu enim numorum fere destitutam fuisse medii aeui Germaniam; docui in der einleitung zum Teutschen Müntzwesen mittlerer Zeiten cap. 3. 6. aliis. Tantum abest, vt patriae ICti de locatoris mercede in fruge soluenda dubitare possint; quicquid etiam de *l. 21. si oleo C. locati* doceant ac disputent interpretes. Accedit, quod Germania nihilominus rerum pretia habuit, licet auri & argenti usum propitium numen illi quondam negauerit. Mensura earundem canabis fuit, in praediorum tamen locationibus minus necessaria; quod hic intueri soleamus, foecunditatem terrae, ut, quod nascitur, partim proprietario cedat, partim conductori: ratione definita ac stabili, quamuis pretia frumenti soleant differre quod non fit in partiario colono.

Dissolutio contrariorum.

Ad leges; quae locationem non sine pecunia fieri posse, praecipiunt, summatim repono. Aliae earundem loquuntur de *operis;* non autem *fundis* locatis, quod huius loci. Aliae *pecuniae* uerbum in sensu accipiunt *ampliori* atque pro omni re, quae pretium habet, quamuis illa sit fungibilis. Miror, *Gothofredum STRAVSIVM in disput.*
1 *de pecunia numerata in locationis contractu necessaria*, non soluere
nodos, sed nectere post tantam lucem
antiquitatis Romanae. Memini an.
CIↃ IↃCCI. cum R. P. non solum
2 quartam partem, quae fiscalis est;
uerum etiam iura superfluae aquae
der extra Solen locare uellet salinatoribus, mercedis loco, aliqua pecuniae summa & sale constitutis;
3 disputatum esse, is contractus nominatusne esset locationis, an innominatus, *do ut des?* Verum ab his
discriminibus tantum nunc momenti non pendet, ex quo hodieque do-
4 ctrinam tuemur, pacta etiam nuda
obligare Germanos, quibus neque
fas sit poenitere uelle in contractibus innominatis *p. 86. litt. p.*

(d) Locationis contractum con-
5 sensualem esse, nemo dubitat. Veruntamen de *perpetua conductione*
causam dubitandi adfert *l. 1. C. de*
iure emphyteutico. In hoc enim *cuncta, quae inter utrasque contrahen-*
6 *tium partes, pactionibus* SCRIPTVRA
interueniente, habitis, placuerint,
firma stabilitate debent custodiri.
Itaque in partes hic abeunt doctores. Multi eorum in emphyteusi
7 consensum necquicquam sufficere,
existimant; quin illa ante obliget,
quam rite confectum fuerit instrumentum. Negant autem hoc alii,
qui sufficientem habent consensum
in hoc genere contractus. Nume-

Conductio perpetua num litteris contrahatur?

§. III. Praeterea locatorem iuris perpetui DOMINVM uoluimus eumque uerum (e), cum perennis locatio temporaria grauius longe habeat mo- d) dominii.

E men-

mero haudquaquam minori. Quid nos? Equidem uerba legis instrumenta emphyteuseos non tam desiderare; quã firmare uidentur: sed nouam forte legem facit consuetudo. Scilicet ante quam in his etiam oris formula concepta fuit conductionis perpetuae ehe man deß erbpachts wegen eine gewisse einrichtung gemachet / aus welcher ein erbpächter die Weise desselben verstehen können/ tantum non iniquissimum fuerat, nuda promissione, er wolte das guth in erbpacht nehmen/ aliquem habere illico aeternoque iure obligatum. Nomen enim erbpacht adeo multiplex uarium & obscurum fuerat: ut conductori cum locatore uel huic cum illo uix potuisset conuenire. Opus itaque esse uidebatur pactione ac litterario instrumento. Nisi enim hoc, partes litibus ac fallaciis inuicem fuissent inuolutae. Quo rerum statu melius fuerat irritum habere contractum, quam aeternis diffidiis irretitum. Verum tamen septem annorum spatio tot formulae, edicta, rescripta, exempla conductionis perpetuae facta sunt, quae etiamnunc prostant, ut conductoribus facile sit, ad intelligendum eius indolem, ne contractus, quem ineunt, sint ignari. Atque ex hoc demum tempore huius etiam generis conductorem teneri puto solo nudoque consensu: quamuis

1 olim iudicio doctorum, pactionibus ac instrumentis opus fuisse uideatur.

(e) Temporariae locationis iura haurienda sunt ex iurisprudentia Qui perpetuo queas locare?
2 Romana. Notum est, praedia hoc modo locare posse praelatum; uasallum; tutorem; emphyteutam; pignoris possessorem; maritum; ipsum rursus conductorem. Ve-
3 rum difficilior longe ratio in *locatione perenni*; quam plurimis eorum licet disputare. Rerum prorsus *alienarum* administratores haud dubie limites exibunt suae facultatis, illas perpetuo locando. Prae- Num a) rei alienae possessor & curator?
4 terea & illi ab hoc iure excluduntur, quorum *dominia* ipsa lege *temporaria* sunt, quo in numero praelatus maritusque. Quid de nudo b) dominus ipse temporarius?
5 uasallo, qui in quadam *dominii societate*? Patrocinari eidem uidetur c) uasallus?
GLOSSATOR iuris Saxon. lib. 1. artic. 54. Du solt wissen / alle Ritter lebten anfangs von ihrer kost (stipendio) darnach liehe man den Rit-
9 tern Pflege (adsignatione agrorum): dieselben thaten den acker den bauren aus um bescheid / das hieße pflicht oder zinß (locando agros
7 pro annua mercede) Quod si uerum est, censitae ordinis nobilium *perpetuarii* sunt *conductores*, qui tamen nunc habentur proprietarii. Sed ego parui facio somnia & deliria huius interpretis. Equidem intuitu

e) rei.

mentum. Porro REI (f) uoce ita usi sumus, ut etiam pleraque iura sub suo contineat complexu.

VSVS

tu liberorum, qui parentis facta praestare tenentur *2. F. 45.* liberas hic manus habet uasallus. Verum hoc perpetuae locationis nexu neque is agnatos tenebit inuitos neque dominum: ut adeo fieri non possit, quin, locatoris posteritate extincta, etiam in fumum abeat perpetuitas conductionis. Alia prorsus ratio *domini territorialis*, qui imperii audit uasallus. Ea enim huius est potestas, ut omnia in territorio facere ac uertere possit, unde nullum uel reipublicae uel successoribus agnatis adfertur detrimentum. Reditus autem fiscales tantum abest, ut diminuti sint in his oris conductione perpetua, ut potius auctus sumpserint inuidendos; qui pristinas rationes longo post se interuallo relinquunt. Quare nullus dubito, adfirmare: principis locatoris successores teneri ad seruandum leges perpetuariorum; usque idoneis rationibus doceant: damna ex inde fisco ac reipublicae illata fuisse Inprimis si fraus absit, ubi honestatis ratio impedit, fiscum ea retractare, quae prudenti consilio constituta fuere arg. *l. 1. & 2. C. ne fiscus rem euincat.*

d) dominus territorialis?

Quaenam res perpetua conductione locentur?

(f) Errant doctores, qui perpetuam saltem conductionem constitui posse existimant nonnisi in fundis. Quamuis enim uerissimum sit, moribus Romanorum hac ratione agros inprimis locatos fuisse *l. 1. ff. si ager uectig.* imo hi tantum culturam requirere uideantur, finem perpetuae locationis *l. 1. C. de iure emphyt.* occurrit tamen in legibus quoque Romanis nauis memoria in perpetuum conductae *l. . §. ff. de exercit.* atque aedium in emphyteusin datarum *auth. si quas ruinas 14. C. de SS. eccles.* Deinde negatur, in perpetua conductione rei ac iuris cuiusque culturam requiri; quod tamen fit in agraria. Neque nomen hoc uelle, opponendum est. Tum enim uel discrimen admittendum inter emphyteusin & perpetuam conductionem uel dicendum est, uerbum quidem culturam respicere, ita tamen, ut res ipsa neque ab aliis conductionum generibus abhorreat. Nostris moribus clarum est, perpetua conductione deferri iurisdictionem; añuos census; castra; greges; iura patronatus; cereuisiam coquendi & uendendi; munera officialium; molendina; lapicidinas; regalia minora generis fere cuiuscunque. FORMVLA *conductionis perpetuae an. 1705. d. 28. Febr.* publice edita, rerum quoque multarum meminit *artic. 4.* deßgleichen werden Gärten; Ziegelscheunen; Weinberge; Fischereyen; Mühlen; Braugerechtigkeit; Gerichte; Jagden; Dienste; Schencken u. s. w. angeschlagen und für einen jährlichen erbpacht gegeben: wovor denn gleichfalls ein erbstands oder erbrechts geld erfolget/ wie ein jedes in seinem

Wehrt

vsvs (g) uerbum, quod sequitur, solito hic laxius adhibetur: ita tamen, ne ullam attingat speciem dominii. Tandem HEREDITARIVM illud adpellamus, quod morte alrerius non expirat; sed indolem ha- *f) usus,* *g) hereditarii.*

E 2 bet

Num res monetaria? Wehrt beschaffen. In iure monetandi pragmatica imperii sanctio Müntzreceß 1559. §. 164. ferner als sich obstat temporariae locationi, multo itaque magis perpetuae, Non quod commoda praestare nequeat conductori, hoc enim nomine uenit der Schläge Schatz: sed propter laesionis periculum a perfido conductore metuendum: quae & magna esse potest & tamen occulta ac furtiua.

Quid iuris consequatur perpetuarius conductor? (g) In temporaria locatione conductori neque *possessio* datur, puta *ciuilis*, ut possit usucapere dominium, quia dominus manet in possessione per locatorem *l. 31. §. 3. ff. de usucap.* multo minus dominium *l. 39. ff. locat. l. 80. §. fin. ff. de contrah. erat.* Aliter tamen plures iudicant de conductione perpetua, ubi dominium uel totum uel eius partem obuenire existimant perpetuario conductori. Quem errorem cum maximi errent Icti, eundem inferius ex instituto redarguemus. Equidem huius orae locatores hoc dissidium pactis euitarunt, ut iudicio *LABEONIS* uti possimus: *nemo potest uideri eam rem uendidisse de cuius dominio id agitur ne ad emptorem transeat. l. 80. cum manu §. fin. ff. de contrah. emt.* Quemadmodum uero nullus dubito, usum, habitationem
1 ceteraque locatione posse acquiri,
de quo modo scripsimus *p. 170. litt. f.*
ita quilibet intelliget apud nos perpetuarios conductores in re locata
ius aliquod habere, ab usufructu non
2 longe alienum. Ita enim *FORMVLA* des Erbpachts artic. 17. Sonsten
aber bleiben den Erbpächtern/ ihren
erben und nachkommen die übernommene stücke zu ihrem vollkommenen
3 nutzen und gebrauch / wenn die angelobte jährliche pacht davon abgetragen wird / zu ewigen Zeiten ungekräncket und in alle wege geruhig zu
geniessen. Et alibi: es wird ihme
4 das gut in eine beständige und unwiderruffliche Erbpacht erblich eingeräumet / überlassen und übergeben.
Habes itaque den gebrauch und die
nutzniessung / quae iura omnino
5 aequant usufructuarii. Atque ex
hac etiam causa competit illis *actio
in rem, tam contra dominum, quam
tertium possidentem: quamuis dominii nullam partem habere uideantur
6 l. 1. ff. si ager uectig.* quod tamen tribuitur emphyteutae. Neque ergo
mirum, quod perpetuarii apud nos
neque culturam agri mutare; neque ligna caedere; neque uertere
7 praedium in statum etiam meliorem
possint, sine iudicii camerae praeuio
ac maturo consensu. De thesauro
aliisque ex hoc capite deducendis argumen-

h) mercedis

bet patrimonii (h). Ad extremum MERCEDEM exegimus certam quidem ac iustam: ut tamen perinde sit,

gumentis inferius ex instituto.

Finis conductionis perpetuae.

(h) Fuerunt quidam eius consilii auctores, tempus perpetuae conductionis quibusdam rationibus esse adstringendum, ut rei conductae usus facilius ad dominum rediret. Hoc fine alii suaserunt conductionem in *centum* tantummodo annos: alii nonnisi ad *tertium* usque heredem conductoris: alii perpetuam quoque locationem his casibus finiendam esse, uoluerunt, si conductor *legitimis* heredibus careret, wenn er keine eheliche Leibes erben verliesse: aut etiam si ἄτεκνος moreretur, *masculis* liberis destitutus. Alii *testamentarios* minimum heredes a perpetuanda locatione excludendos esse, putarunt, illos maxime, qui sanguinem non traherent a primo conductore. Nonnulli neque huius posteros attendendos esse, sunt arbitrati, nisi, quod feudis solenne est, nominum memoriam *renouassent* in libro palatino, der erbpachts-rolle/ und dem lagerbuche/ quoties mortem obiisset perpetuarius colonus, wenn sie nicht der gesamten Hand folge thäten. Aliqui crimina notarunt perfidiam; periurium; homicidia; proditiones; ueneficia aliaque, ut amitterent locationem, si huius generis delicti essent conuicti. Verum displicuerunt haec omnia aliis, ne, onera augendo, mercedem oporteret minuere uel etiam plures, qui horum casuum pericula metuerent,

Causae amissionis 1) fictitiae.

1 a conductionibus abhorrerent. Illud ergo principi placuit, aeternae
quidem essent conductiones, sie solten
die in erbpacht genommene stücke zu
ewigen Zeiten ungekräncket und in
2 alle wege geruhig geniessen: auch ihr
recht wider an andere abzutretten;
zu verkauffen oder in affter erbpacht
zu geben befuget seyn sollen / wenn
nur solches mit consens der Cammer
3 geschähe und die neue erbpächter wieder gute Hauswirthe und gesicherte
leute seyn werden; dummodo, quod
ubique intelligendum, statis temporibus merces solueretur. Horum
4 enim officiorum si alicui deessent
conductores, tum demum eosdem
ab locatis agris fore depellendos.
Die Erbpacht währet so lang/ als der
angelobte jährliche pacht davon ab-
5 getragen wird. Et alibi; bey verlust seines erbrechts ist der erbpachter zu verglichener Zeit / das pacht-
geld jedesmahl abzutragen schuldig.
Es wäre dann / daß er höchst erhebli-
6 che und hinlängliche Ursachen hätte/
welche billig zu consideriren. Ut
adeo non ipso iure excidat conductor re locata; sed post causae cognitionem & decretum magistratus.
7 Quam rationem tenent contractus
feudales. Altera amissionis causa
desidia est & culturae neglectus.
Es stehet auch den erbpächtern frey/
wenn sie einen unter sich finden / welcher sich nicht als ein guter wirth/
comportiret/ das/ was er in erbpacht
genom-

2) uerae causae.

sit, siue illa in numis siue in frugibus fuerit constituta (i).

§. IV. Re summatim explicata, iam parum momenti

Explicatio

genommē/nicht gebührend cultiuire/ daß sie selbigen mit consens deß Eigenthümers außsetzen / und an dessen stelle einen andern / der ein besserer wirth sey/annehmen mögen. Utrumque in alia *FORMULA*, quae *an. 1705. d. 25. Aug.* scripta est, his constituitur uerbis *artic. 3.* Wie denn hierbey expresse ausbedungen worden / daß wofern der erbpachter mit bezahlung der termine nicht richtig inne halten und auf längste 4. wochen nachgesetzter Zeit seine pachte nicht accurat einbringen würde / derselbe so fort / ohne Verstattung fernerer frist/ remota omni exceptione & remedio suspensiuo exequiret / quod primum est; sequitur alterum; auch da er sonst seine Wohnung / Acker/ Wiesen/ Garten und was er übrigens in erbpacht genommen/ nicht versprochener massen uns gebührend anbauen und als ein guter und fleißiger wirth in guten stand bringen und unterhalten würde; selbiger von dem Amte ausser pacht gesetzet und diese in erbpacht genommene stücke einem andern bessern und an ändigern haußwirth/der pinguioris conditionis und ein besserer bezahler ist/ übergeben werden solle.

Merces conductionis perpetuae m. in frugibus.

(i) Mercedis nomine uenit nobis das pachtgeld / oder das jährlichen pacht abtragen. Quo ultimo uerbo propterea opus est, quoniam perpetuae locationis merces non semper

1 in pecunia numerata; sed etiam (in gewisser pachtlieferung) uel uniuersa uel aliqua eius pars in frugibus constitui solet; contractu locationis nihil inde mutato, quod ostendimus

2 *p. 167. litt. c.* Debet tamen stabilis & certa esse. Quod si illa pro temporum fertilitate uariat, ut locator quintam uel sextam accipiat partem, ceteris conductori relictis,

certa esse debet.

3 negant aliqui, illum contractum esse locationis; quamuis id uerbum Romani multoties quoque adhibeant de agris decumanis. Quod suo loco relinquimus. Ex eo autem non

& respondere uiribus agrorum.

4 parum momenti pendet, ut merces uiribus agrorum respondere uideatur. Quod si enim locator indulgentior, quam iustior esse noluerit; ut lucrum conductoris solito maius

5 sit, merces iusto minor; tum successor in principatu facile causas habebit, dissoluendi contractum; qui fisci reditus in tantum deteriores reddit, in quantum conductoribus de mer-

6 cede locationis est remissum. Verum nostro iure contractae locationes ab hac suspicione absunt quam longissime. Nam primo ad conducendum sine ullo discrimine homines

quod nostro iure probatur. Quia a) sine discrimine omnes admittuntur ad contrahendum.

7 probatae fidei admittuntur, incolae & peregrini. *FORMULA* 1705. *art.* 18 his uerbis utitur; So ist auch Sr. K. M. allergnädigster Wille/ daß so wohl fremde / als einheimische zu solcher erbpacht admittirt werden sollen.

menti NOMINA habent, quibus eandem adpellaueris. Principio autem uocabulum erbpacht/ usu iuris Germa-

etiam peregrini,

1 sollen. Und werden dieienige / wel-
che aus fremden landen anhero zu zie-
hen und sich solcher gestalt allhier
possessioniret zu machen / gemeinet
seyn / für allen andern darzu befor-
2 dert und ihnen müglichst gewillfah-
ret werden. Bevorab wenn man
von dero guter erfahrenheit in der
Wirthschafft und Wohlverhalten
versichert worden. Dahero ein ieder
3 der zur erbpacht belieben haben möch-
te sich bey denen Ampts-Cammern
zu melden. Deinde merces non for-
tuito sine iudicio aut modo constitu-
ta est. Ante enim quam hoc fieret,
4 qualitates & conditiones agrorum
a geometris ad normam descripta
ac definita sunt: ut merces ad am-
plitudinem praediorum fertilita-
temque exquisite exigeretur. *FOR-*
5 *MVLAE* uerba sunt art. 1. Wird
der ackerbau dergestalt in erbpacht
ausgethan / daß künfftig von ieder
huffe oder Winspel aussaat oder wie
es in ieder provinz gerechnet werden
6 kan/ und bey der ausmeßung sich er-
findet nach eines iedes ackers beschaf-
fenheit und güte ein gewisses loco
canonis erfolgen müsse. Wie sol-
cher zu allen zeiten bestehen möge.
7 Welches die commissarii umständ-
lichen untersuchen/ die äcker durch ei-
nen geschwohrnen Feldmesser aus-
messen lassen/ davon einen deutlichen
anschlag formiren und einem ieden
8 erbpachter den ertrag desselben Orts
zu allen stücken anzeigen sollen; da-
mit derselbe erkennen möge/ was von

b) merces ad agror spatia & qualitates exquisita,

1 iedem Ort / der billigkeit nach / abge-
stattet werden möge. Imo ne quid
amori unius dari posset, hastae iudi-
cio usi sunt locatores, ut fortunae
tantum deberet, qui aliis fuerat
2 praeferendus. Ne autem, quod
prouide *PAVLVS* scripsit, *calor lici-*
tantis ultra modum solitae condu-
ctionis quem inflaret l. 9. locatio ff.
de publicanis atque ita conductor
3 mercedis immodicae nimietate in-
ops fieret & locati demum praedii
desertor; ultra modum hic ire nul-
lus poterat: quamuis praedia addi-
cta sint, qui arrhae summa alios su-
4 perauerat. Ita enim *FORMVLA*
censoriae legis artic. 2. Weswegen
dann auch verordnet worden / daß
wenn die erbpächter einander trei-
ben solten; der einmahl nach iedes
5 Orts beschaffenheit regulirte canon
bleiben: hingegen aber demienigen/
der die meiste erbstandes gelder offe-
riret/ der Vorzug gelassen werden sol-
le. Praeterea hinc etiam colligi
6 possunt mercedis rationes; quod illa
ab an. 1701. sit constituta ac defi-
nita: quo tempore frugum rerum-
que aliarum maxima pretia fuere,
ut omnes fere ex agrorum condu-
7 ctionibus ditescere uellent. Unde
etiam plures cupiditate prolapsi
sunt, ut, quae iudicia aliorum fue-
runt, nimium magno conducerent:
tantum abest, ut uilioris mercedis
8 metui possit reprehensio. Tandem
ex rationum fiscalium collatione il-
lud patebit, perpetuae locationis
mer-

c) locatio sub hasta facta.

d) ac in annonae caritate.

e) merces insolito maior.

manici, adhiberi solet pro EMPHYTEVSI (k): a qua conductio perpetua cum dominii causa, tum ob argumen-

mercedem superare quasuis priorum temporum pensiones, a conductoribus solutas temporariis. Ceterum post uectigal, ita constitutum, eius consilii auctores fuerunt, ut perpetuarii, conductore mutato, praeterea laudemia penderent uel decimas: ueruntamen prudentioribus hoc displicuit, ob causam, supra p.127.n.7.allegatam.

De uerbo erbpacht/ *quod adhibetur pro emphyteusi, iure* 1) *Palatino,*

(k) Si nesciuerunt Germani usufructuarii aut conductoris iura ab utili dominio distinguere, qua de re plene planeque actum est *Sect. 2. §. 2. p. 121. litt. c. d. e. f.* non miror, illos perpetuam conductionem cum iure emphyteutico commiscuisse. Id quod ex locis innumeris potest constare. Leges *PALATINAE*, das Churpfältzische Landrecht im II. theil tit. v. p. 10. Von hanthierungen his uerbis utuntur: liegende güter werden bißweilen zu rechtem erbe allen nachkommenden leibeserben (quidni etiam collateralibus & testamentariis heredibus) um jährlichen Pacht verliehen. Solches ist und heißt eine erbverleihung oder Erbbeständnüß (Erbpacht): da gleichwohl das eigenthum bey dem Verleiher; den erbbeständer aber und seinen erben der gebrauch/ so lang sie den Pacht ausrichten erb und unwiderrufflich verbleibet. Und heißt solche Erbbeständnuß im latein emphyteusis oder contractus emphyteuticus. Habes ergo Erbbeständnüß siue, quod idem

1 est, erbpacht nomine emphyteuseos
adpellatum. Idem uerbi eiusdem *b) Cliuensi.*
sensus in Cliuensibus constitutionibus, dem Clevischen Landrecht occurrit *cap.* 106. Von verpachtung
2 p. 111. die jahrpachtung seyn ohne verschreibung beständig: aber leib und Erbpachtung können keine wirckung haben / es müssen schrifftliche verschreibung darunter auffgerichtet
3 werden. Item: es solle kein Erbpächter seine Gerechtigkeit ohne Verwilligung seines Herrn verlassen. Eemphyteusin ergo, quam Saxones aliique Germani Erbzinsgut
4 nominant: ea quidem hisce legibus audit ein erbpacht. Eodem *c) Belgico.*
uerbo in pari significatu Belgae utuntur, populi uicini modo commemoratis. *HUBERUS in praelect.*
5 *ad ff. si ager uectigalis §. 6. p. 331. Vox inquit, emphyteuseos, Belgis uocatur* Erbpacht. *Hug. GROTIUS* in der *Inleydunge tot de Hollandtsche rechts*geleertheit *lib. 2. cap. 40. van* Erf-
6 pagt regt & *lib. 3. cap. 18. van* Erfpachtgunning similiter adhibet nomen saepius laudatum de emphyteusi. Quod etiam eius facit commentator *Simon van GROENEWEGEN in notis ad eundem.* Statuta *MECHLI-*
7 *NIENSIA tit. 12. artic.* 1. & 4. von *d) Mechliniensi.*
zinsen; rechten und Erbpacht limites huius iuris explicate non definiunt. Corrigit tamen abusum uocabuli in uiamque eum reuocat *Paulus CHRISTINAEUS ad art. 4. in comment.*

b) firma.

gumenta alia plurimum differt (l). FIRMAE deinde uocabulum Saxonicae originis est (m), non Latinae. Neque tamen ad nostrum palatum. Quod olim temporariam non minus conductionem denotauerit, dummodo merces in frugibus esset constituta:

ment. Mechlin. his uerbis: *Erfpacht, quae hereditaria locatio perpetua est, nec ad eam constituendam fit dominii translatio. Si tamen de pacto non constaret tractu temporis & in defectum probationis transiret contractus ille uel in emphyteuticum uel in censualem & sic dominium uel omne uel utile censeretur esse penes possessorem.*

Amplitudo uerbi pacht.

(l) Scilicet uerbis *pacht* & PACTO idem parens est, uti multis aliis, de quibus supra scripsimus *Sect. 1. c. 2. litt. 1. p. 22.* Vetustiores enim Latini pro *paciscor* dixere PAGO; uti in *legibus XII. TABULARVM: rem ubei* PAGVNT, *ratum esto;* & in lege TALIONIS: *sei membrum rupsit, ni* PAGIT, talio esto, auctore *GELLIO lib. 20. Noct. Attic. c. 1.* Inde etiam PACTVS, PACTVRA, *pactio, pactum*: quae synonyma esse, probat *Claud. SALMASIVS in obseruat. ad ius Atticum p. 803. 804.* In Germanica lingua uetus *interpres* iuris *SAXONICI ad lib. 3. artic. 45.* Diß sind pachtleute / die bauergülden und die da pfleghafftig sind. Scriptores etiam medii aeui *pactare* habent, quod idem quam pachten. Inde arguere me posse existimo, pachten uocabulum generale esse & PACTO respondere Latinorum. Quod si est, duos uerbi pachten habebimus significatus, unum, qui amplior est & latior, pro *pacto* generis cuiusuis: alterum, qui limites non excedit *locati conducti*. Primo itaque intuitu necquicquam erraueris, *emphyteusin* dicendo einen erbpacht / quod plures fecisse, ostendimus in *nota proxima*: alter tamen, qui fere nostri aeui est, ab emphyteusi tantopere abhorret, quantopere *dominus* a uerbo *conductoris*. Verum discrimina *perpetuarii* conductoris & *emphyteutae* dabimus suo loco inferius.

Num Erbpacht *recte* FIRMA *audiat?*

(m) Verbum hoc medii aeui scriptoribus admodum solenne est: quorum loca congesserunt prae aliis SPELMANNVS; FRESNEVS; MENAGIVS; SOMNERVS; WATSIVS, aliique in glossematibus. In duas partes abeunt, qui eruere uolunt illius etymologiam. Galli illud pro nomine latino habent repetuntque a uoce, *firmare*. Contra Angli Saxonicum esse, dicunt, quibus feorme uictum & coenam denotet, unde patrius interpres euangelii *S. MARCI cap. 2. v. 22.* scripserit; *& fecit Herodes* FEORMAM, *coenam magnam.* Quorsum haec, dices, quidue ad iura perpetuae conductionis? Scilicet primi causas repetunt a doctoribus iuris canonici, quorum explicatio haec est: FIR-

MAE

ta: ut frustra sint, qui eandem tantum respondisse exi-

F sti-

MAE *uocabulum sumpsit originem ex* 1 *constitutione Zenonis in l. 33. C. de locat. cond. Qua intra annum licebat resilire a contractu. Sed quia* FIDES FIRMA *dabatur, non recedendi, locatio dicta est* FIRMA: *Vel quod alii uolunt* 2 *a* MERCEDE FIRMA *& certa, quae promittebatur, contractus dictus est* FIRMA, *ita CIRONIUS in paratitlis ad ius canon.* Simili ueritatis specie *Anton. DOMINICUS cap. 17. de praerogatiua allodiorum philosophatur.* 3 Quoniam locator ex uariis caussis expellere potuerit conductorem, utpote si propriis usibus eam *necessariam* esse, probauerit aut *corrigere* 4 domum maluerit *l. 3. C. locati con.* locationem hanc minus FIRMAM dici potuisse: contra in *perpetua conductione*, quae disrumpi ac tolli non potuerit hoc genere praetextus. 5 Hinc ipse *ZENO l.* 1. in medio *C. de iure emphyteutico* inquit: eam conductionem FIRMA stabilitate custodiendam esse, qua sententia a communi locatione eandem credendus 9 est distinxisse. Accedit, quod haec genera contractuum FIRMITATES audiant & MANUS FIRMAE, imo partes sanguine interdum eosdem subscripsisse, deprehendantur; PONTII, 7 comitis Tholosani exemplo, de quo diploma: *in signum suae concessionis,* abbatiae Moysiacensi factae, *ungulam sui pollicis in tantum abscidit,* 8 *ut in huius facti memoriam sanguis effluxerit.* Imo sacri canones dictione hac utuntur: FIRMARE *conductionem cap. 3. X. ne praelati uices suas.* Verum plura sunt, quae faciunt, ut contra sentiam, FIRMAE uocabulo natales dando ex uernacula. FEORMAM Anglis *annonam*, uictum, coenam, fruges dici, uidimus supra p. 176. & plenius rem exposuit SPELMANNUS. Clare *Odericus VITALIS lib. IV. p. 14. Conuiuia prouincialium, quae uulgo* FIRMAM *adpellant.* Ab hac autem gente huius contractus esse originem repetendam, docet me glossator Decretalium *GIBICHENSTEINENSIS*, ineditus, cuius exemplum possideo, an. CIↃ CCCCLXXX. manu exaratum. Ita autem ille ad *cap. 2. X. locat. cond. nota, quod res conceditur ad* FIRMAM, *tamen conceditur ad annuum censum & est uulgare* ANGLICORUM. Hinc etiam esse, putat *GONZALEZ*, quod papa ad Angliae episcopos scripturus FIRMAE uerbo uti maluerit, quam conductionis in *comment. ad c. 6. X. ne clerici p. 1012.* Esset ergo FIRMA locationis contractus, mercede in *frugibus* constituta. FEO alimentorum nomine plurimis populis uenisse, scripsi superius *Sect. I. c. 2. §. 3. p. 20. litt. g.* FOEDE Danis adhibetur sensu eodem, FODER uel etiam Futer Germanis. Unde non leuis coniectura *STIERNHIELMII*, qui in *glossario Vlphila Gothico* p. 47. Gallorum FOURAGE ex hoc eodem ortu deducit. Cum enim uetustis temporibus ob aeris inopiam, quod attigi *p. 168. n. 2. litt. e* agri non pro *pecuniaria* mercede locarentur, sed loco eius *edulia*, fruges, alia soluerent conductores; factum est, ut in

an Saxonici? quod probatur.

stimant perpetuariae (o). Illud quoq; auribus non minus graue, quod perpetuarium colonum eadem aetas MA-

in *firmam dare* idem esset, quam locare pro annua *frugum* praestatione. Frequentiori autem deinde facto numorum usu, census etiam in aere constituti, firmae nomen retinuere, ut species pro genere adhiberetur: quemadmodum etiam Romanorum opes a *pecude pecuniae* nomen mutuarunt. Interim nolim ire inficias, memoria huius etymologiae post extincta, ignorataque gentibus peregrinis, factum esse, ut, communi fere doctorum concentu, *firmae* uocabulum a *firmare* Latinorum repeteretur. Quorsum pertinent, uiri eruditi *Antonii DOMINICI* principio enumerata argumenta.

Firma an respondeat dem erbpacht?

(o) Olim FIRMAM *omnis* generis locationem significasse, cuius merces in *frugibus* fuit constituta, quamuis illa *quinquennio* aut paucioribus annis absolueretur adeoque esset temporaria; nemo inficias ibit, qui medii aeui, unde haec omnino haurienda sunt, inspexit monumenta. Errore itaque labuntur qui FIRMAM finiunt *perpetuariam conductionem*. Primo enim formulae: *annua firma; firma unius noctis; firma decem noctium; firma unius diei; firma quatuor hebdomadum*, welches so viel / als so lang einem zuessen geben / satis euincunt, spatium quandoque firmarum esse temporarium. Istius autem generis formulae occurrunt apud SPELMANNUM. Deinde *firma alba* idem fuit,

1 quam merces, a conductore in *numis* persoluenda. Inde certum est, firmae nomen neque locationem neque tempus locationis descripsisse: sed rationem tantummodo mercedis:
2 quod probe obseruat *SOMNERVS* s. h. v. Post etiam *INGVLPHI* locus apertus est, ubi inquit: *anni uiginti de firma restant, antequam anni concessi compleantur.* Clarior *ANO-*
3 *NYMVS de subsidio terrae sanctae,* quem exhibent gesta Dei per Francos tom. I. p 708. *Bona, quae habent citra mare ad* FIRMAM *nobilem, primo trium uel quatuor annorum uel*
4 *si sufficienter fieri posset in perpetuam emphyteusin tradantur.* Vbi perpetuae conductioni firma opponitur: tantum abest, ut illius haberi debeat synonymum. Locus in Decretali-
5 bus, quem *DOMINICVS cap. 17. §. 5.* laudat, ubi firma temporariae locationi opponatur, prorsus fallit. Neque enim in hoc *cap. 8. X. de decimis:* neque in aliis, quae FIRMAE
6 mentionem faciunt, utpote *cap. 22. X. de decimis cap. 7. de iure patron. cap. 6. ne clerici uel monachi. Clem. unica de excessib. praelat.* aliquid habetur, unde is uerbi sensus posset in-
7 telligi. Inconcinnum itaque FIRMAE nomen est perpetuariae conductioni, cum quod illa pro temporaria quoque adhibeatur locatione; tum quod merces in frugibus constituta esse, debeat, quod secus est in contractu, quem nos uolumus dem erbpacht.

(p)

MANENTEM domini salutauit (p), aspere ac duriter. Facete aliquis conductionis perpetuae fere auctor & actor uectigalia haec iura sub nouo codice complecti uoluit iuris CANONICI DOMANIALIS (r). Ceterum magis forte ad rem fuisset, perpetuam conductionem in uernacula dixisse einen erbstand (s): quod illa huic contractui plene planeque responderе uideatur.

c) manens domini.
d) ius canon. domaniale.
e) erbstand.

§. V. ORIGO perpetuae conductionis propterea solicitius tractanda est: quod plures eandem reddide-

Origo deß erbpachts

Manentes domini, erbpachter.

(p) Locus est *HELMOLDI lib. 1. chron. Slauor. c. 9.* Ubi de Hermanno Billingo dicitur, quod fuerit homo nullius opis, quoniam septem *mansos* tantum habuerit & totidem *manentes*, id est seruos siue mancipia, glebae adscripta, ut ego interpretor. Hinc in iustitiae laude idem est, quod MANENTES, seruos, furti conuictos, damnauerit ad mortem. Eodem modo *Wilh. Toorne* in *chron.* ad an. 687. p. 1770. n. 56. *dedit abbatissae curtem XII. manentes, & quandam terram X manentes habentem.* Non uideo, qua ratione MANENTIVM nomen perpetuariis conductoribus tribui possit, quod tamen existimat *Renatus CHOPPINUS.*

Erbpacht cui ius canonicum domaniale?

(r) Nomen hoc inter facetias succurrit uiro, hoc genere contractus admodum illustri D. L. Neque sine ratione Primo enim ius hoc *canonicum* dixit, quod annuo canone absoluatur omnis perpetuaria conductio. Deinde, ne quis priuatorum haec locandi iura esse existimet, temperamentum addidit uerbo *domaniale.* Veruntamen cum Latinus sermo nulla hic paupertate laboret: quidni retinuerimus nomen *perpetuariae conductionis.* Cuius momenta p. 176. litt. a. expendimus.

Pro erbpacht cur malim erbstand?

(s) Est enim principio bestand occidentalibus Germanis *conductio*, sigillatim hoc nomine finita. Contra pacht/pachten/ cuiusuis esse conuentionis aut contractus, uidimus supra *p. 176 litt. l.* Deinde erbpacht solenni frequentissimoque usu Latine redditur emphyteusis p. 175. litt. l. qui contractus nostro omnino est aduersus p. 171. litt. *g. u. 4.* Erbstand autem nihil, praeter naturalem possessionem, si uerbi uim spectes, uidetur connotare. Ad extremum arrham a conductore soluendam locatori in nostro etiam argumento appellant erbstandsgeld; non erbpachtsgeld. Quid ergo impedit, quo minus pariter dicamus Erbständer; Erbstand pro Erbpacht uel Erbpacht?

diderint suspectam solo uocabulo NOVITATIS (t). Ad hanc itaque declinandam, exempla uetustiorum temporum ac imperiorum eruemus, unde constare potest clare luculenterque; non heri demum aut nudius tertius perpetuarias agrorum locationes, in aerarii reique publicae salutem, factas fuisse.

§. V.

Nouitas in suspicionem adducit den erbpacht.

pachter? Ast satis uerborum.

(t) Est hoc argumentum, quo LOCATOREM PERPETVARIVM, Siciliae praesidem, C. Verrem impetiit CICERO *in Verrina quinta* p. 674. *Romani Sicklorum animos non modo non lege* noua, *sed ne nomine quidem legis* nouo *commouerunt. Verres primus instituta omnium, consuetudinem, a maioribus traditam conuellere ac commutare ausus est. Qua in re primum illud reprehendo & accuso, cur in re tam* ueteri (dem Zeit pacht) *tam usitata quidquam* noui *feceris. Ingenio aliquid assecutus es? tot homines sapientissimos, qui illam prouinciam ante te tenuerunt, prudentia consilioque uicisti? Est tuum* (der erbpacht) / *est ingenii prudentiaeque tuae. Do tibi & concedo. Scio res* nouas *abs te prolatas & inuentas magno tibi quaestui fuisse. Non ergo miror, te aliquid excogitasse.* Et mox: *Itane homo minimi consilii, nullius auctoritatis, tota Sicilia recusante, totam conductionis legem sustulisti. Quae cum olim esset constituta, Verres tot annis atque adeo seculis inuentus est, qui haec non commutaret, sed euerteret eaque, quae tam diu ad salutem utilitatemque reipublicae composita comparataque essent, ad*
1 *suos improbissimos quaestus conuerteret. Qui primum certos instituerit nomine conductores, re uera ministros & satellites cupiditatum suarum.* PER QVOS, *ostendam*, SIC PRO-
2 VINCIAM PER TRIENNIVM VEXATAM ATQVE VASTATAM, IVDICES, VT EAM MVLTIS ANNIS MVLTORVM INNOCENTIA SAPIENTIAQVE RECREARE NEQVEAMVS. *Eorum omnium princeps*
3 *erat Q. ille Apronius, quem uidetis, de cuius improbitate singulari querimonias audistis. Adspicite uultum hominis & ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos eius spi-*
4 *ritus Sicilienses, quos fuisse putetis, cogitate & recordamini. Hic est Apronius, quem in prouincia tota Verres nequitia, luxuria, audacia sui simillimum iudicauit. Verris mores im-*
5 *probos impurosque nostis. Fingite nobis, si potestis, aliquem, qui in omnibus istis rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse possit. Is erat Apronius ille. Qui immensa*
6 *uorago est aut gurges uitiorum turpitudinumque omnium. Hunc in omnibus stupris, hunc in impuris conuiuiis principem adhibebat. Tantam habebat morum similitudo coniunctionem, ut Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni commodus*

ac

§. VI. Principio gratiam instituto non leuem conciliat exemplum piissimi uiri, Iosephi (u). Qui Aegyptiorum regi auctor fuit, ne agros, a subditis, annonae caritate pressis, redemtos sibi retineret: uerum subditis iterum elocaret eosdem, iure perpetuario pro annua mercede. Eiusdem consilii quondam rex INDORVM fuit (x), qui per omne imperium agros sibi

a) Iosephus perpetuae loc. auctor & actor.

b) Indiae

ac disertus uideretur: ut, quem omnes odissent, neque uidere uellent, sine eo iste esse non posset. Iste erat in tribunali proximus, in cubiculo socius, in conuiuio dominus actum maxime, cum in conuiuio saltare nudus coepe rat. Hunc principem Verres, ad euertendas fortunas aratorum, uexandas diripiendasque, esse uoluit: huius audaciae, nequitiae, crudelitati socios addictos fuisse, NOVIS *institutis & edictis*; pristina *lege reiecta & repudiata*. Hoc charactere Tullius descripsit *perpetuariae locationis* auctorem. Ego autem in his Tullianum candorem omnino desidero: quod libello pigmenta adspergat ad animum iudicis corrumpendum. Fortunae huius aeui tribuo, quod fora nostra si non prorsus a stentoria iurisprudentia tantum tamen liberata sunt, ut Tullium in mulctam incidere oporteret maleuoli aduocati, si hodie causas ageret eo, quam uidimus, calami aut oris insolentia.

Cicero mendax aduocatus.

(u) Locus, qui huc pertinet, habetur *GENESEOS cap. 47. uers. 19. 20. 23 24.* Scilicet, in illa annonae caritate, Aegyptii regi suo, Pharaoni, agros omnes uenum exposuere, ut panem mercarentur: emit eosdem supremus rerum arbiter, Iosephus. Non tamen e re fore, existimauit, si curaret, ut agri per omne imperium pro constituta mercede ab operariis uel colerentur uel etiam, definito annorum numero, locarentur. Assiduos ergo, id est, *perpetuarios* conductores quaesiuit, qui fructuum parte quinta, mercedis nomine soluta, reliquas sibi retinerent. His certe moribus post uixere Aegyptii; ut regis sui non emphyteutae essent, nullibi enim inuenitur, quandam dominii partem Iosephum illis adixisse; uerum eiusdem PERPETVARII tantum CONDVCTORES. Hinc eius loci plurimi interpretes genus istud contractus dixerunt einen erbpacht; quamuis hoc nomen in Latino deinde cum emphyteusi iterum commiscuisse, uideantur. Errore, profligato superius p. 171. litt. n. 4.

Pharao primus perpetuae conductionis auctor.

Iosepho conductores filiatere.

(x) Cuius rei causas in Aegyptiis Moses aperit, illam nobis de Indis prodidit *DIODORVS lib. 1. histor. p. 125.* his uerbis: Τῆς δὲ χώρας μισθὸς τελοῦσι τῷ βασιλεῖ. διὰ τὸ πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν βασιλικὴν εἶναι. Ἰδιώτῃ δὲ μηδενὶ γῆν ἐξεῖναι κεκτῆσθαι. Χωρὶς δὲ τῆς μισθώσεως τετάρτην τῷ βασιλεῖ τελοῦσι.

Indiae subditi omnes conductores sunt erbpachter.

subditi audiunt erb-pachte.

c) instituta des erbpachts.

sibi uindicauit, quos eadem ratione tradidit conductoribus perpetuariis. BYZANTII steriles tantum fundos, ut conductores haberent (y), perpetuo elocarunt. ROMANORVM perpetuo factas locutiones cum leges, tum exempla produnt (z). Et parum abfuit, quin illi omnes extra Italiam subditos Indorum

λῶσι. *Vectigalia autem de fundis regi pendent. Omnis enim India regi propria est. Nec priuato integrum, fundos in dominio habere. Ultra tributum quarta etiam pars fructuum regi cedit.* Idem sane ius est, cuius auctor & actor Iosephus fuit Pharaoni. Id enim uidit Siculus, Indiae monarcham plenum sibi arrogauisse dominium in regno uniuerso: agris inter subditos distributis, ceu perpetuarios conductores. Similem Thraciae incolarum faciem descripsit *Herodotus lib. 5. p. 251.*

Locatio assiduae Byzantiorum.

(y) *ARISTOTELES* huius historiae scriptor est *lib. 2. oeconomicor. cap. 1. n. 5.* Βυζάντιοι δὲ, δεηθέντες χρημάτων, τὰ τεμένη τὰ δημόσια ἀπέδοντο τὰ μὲν κάρπιμα χρόνον τινὰ τὰ δὲ ἄκαρπα, ἀεννάως. *Byzantii, pecuniae indigi, publicos lucos & loca sacra elocarunt. Fructuosa quidem ad certum tempus; sed infructuosa iure perpetuario.* Neque enim interpretibus calculum meum do, contractum hunc emtionis fuisse. Emtio enim cum pacto iuris redimendi foetus esse uidetur aeui recentioris.

Reipubl. Romanae;

(z) Romanam rempublicam agros, mercede elocauisse, pluribus scriptoribus est quidem testatissimum. Hinc,

1 antequam *ZENO* dubium *l. 1. C. de iur. emphyt.* respondisset, ambiguum fuit, perpetuae locationis contractus num emtio esset an conductio. Accedunt loca plura, ubi leges

2 *perpetuae conductionis* faciunt mentionem, quas congessimus *p. 167. n. 4.* Imo solenne ac usitatum fuit Romanis uictoribus, parte deuicti territorii militibus adsignata, quod reliquum fuerat, pristinis incolis lo-

3 caret pergetuo iure, pro annua mercede, quod explicui *p. 42. litt. x. p. 104. litt o. p. 134. litt. 9.* Siciliae perpetuo conducendi rationes ex

4 ex *VERRINA* intelleximus *p. 180. litt. t.* Veruntamen singulare illud est, quod de Heluio Pertinace memorat *HERODIANVS lib. 2. Hist. sui temporis p. 495. n 37.* illum steriles

5 Italiae agros adsignauisse industriis agricolis, spemque fecisse immunitatis decem annorum καὶ διὰ παντὸς δεσποτείας ἀμεριμνίαν. Veruntamen emphyteuseos (magis

6 speciem habet id Caesaris beneficium, quam conductionis perpetuariae. Pertinent fere huc *possessiones* Romanorum; agri *limitrophi; uectigales; stipendiarii; decumani; adscriptitiorum; militares; beneficiarii*, quorum dominia fuere penes

rum

rem-

rum exemplo, non dominos agrorum haberent: sed reipublicae perpetuarios conductores. BRITANNIAE monarcha, Wilhelmus conquestor, regale patrimonium, auaris administratoribus dimissis, sub hasta praeconis elocauit (a). Commendauit hoc etiam

Byzantiorum.
d) Romanorum.
e) Anglor.

rempublicam, usus aut si quid maius, penes colonos. Conferantur *p. 42. litt. x. p. 104. litt. c. p. 134. litt. s.* Imo, sententia quorundam, nulla rerum dominia hominibus priuatis fuere extra Italiam. Cum haec sibi ubiuis terrarum adseruerit respublica Romana; relicto subditis usufructu, aut, quod nunc dicimus, utili dominio. Quod si uerum est, parum abfuit ea in re imperium Romanum ab Aegypti Indiaeque dominatu, quod modo explicuimus. Ceterum de diuerso colonorum genere sibi gratulabatur respublica Romana: cum illi non tam sibi arare ac serere uiderentur, quam reipublicae:

Erbpacht/ *Anglorum.*

(a) Wilhelmum conquestorem regem oeconomum diceres, qui reditus ex regalibus fundis ualde auxit, hac quidem ratione, ut agros, pro mercede definita & annuo canone, perpetuario iure conductoribus addiceret largireturque, quae instituta hodieque in Angliis, dicuntur, superesse. Testes habemus annales *WAVERLEIENSES ad an. 1087. p. 134.* ubi rem ita enarrant: *Rex uero dabat terra suam* (regale patrimonium) *ad* FIRMAM, *quanto carius poterat, tunc ueniebat alius & offerebat magis supra illum, cui rex terram tradidit.*

1 *Rex autem dabat illi, qui plus offerebat & non curabat cum quanto praepositi censum a pauperibus hominibus adquisissent nec quantas iniurias ipsi fecissent. Et quanto plus homi-*
2 *nes loquebantur de recto, tanto fiebat maior iniuria. Ipsi eleuabant iniustas teloniationes & alias malas consuetudines, quae difficiles sunt ad numerandum.* Idem fere de hoc
3 rege, perpetuario locatore alii quoque habent. *HEMINGFORD lib. I. hist. Ang. c. 10. HOVEDEN p. 2 p. m. 452.* Plura sunt, unde constat conductionem hanc perpetuam
4 fuisse nequicquam temporariam. Quamuis FIRMAE uox generalis sit complectaturque, quod *p. 178. litt. o.* scripsi, omnis generis locationem. Conficit rem contra partem aduer-
5 sam *Matth. PARISIENSIS*, parens ille uerioris historiae, *ad ann. 1237. p. 380.* in exemplo, quod SCALIGERI manu auctum est in margine. Verba eius haec sunt. *Ecclesias dari ad*
6 FIRMAS, *nostra nequaquam uolumus auctoritate fulcire. Accidit enim plerumque, ut hi, qui firmarii* (conductores) *adpellantur, lucrari plus adpetant, quam exsoluant, turpes exe-*
7 *cutiones faciant; quae interdum* (si ecclesiastica munera Decanatus, Abbatiae locentur) *etiam cadunt in fi-*
mb.

FIRMAE *Anglor. conductiones sunt* TEMPORARIAE.

f) sacr. milit. etiam consilium ORDINI SACRORVM militum scriptor, anonymus, quam plurimis argumentis (b). *g) Gallorum.* GALLI assiduas locationes suo exemplo non minus comprobarunt (c). Dummodo illi hunc contractum distinguere scirent ab emphyteutico, qui huic regno est solen-

moniacam prauitatem. Quare prohibemus, ne dignitates uel officia, puta decanatus, archidiaconatus siue prouentus ex ecclesiasticae uel spiritualis iurisdictionis exercitio siue ex poenitentia uel altari seu aliis sacramentis quibuslibet uenientes (clarum argumentum, daß man selbiger Zeit den Beichtstuel verpachtet gehabt) *ad* FIRMAM *de cetero* (in posterum) *nullatenus concedatur* NB. *Cum laicis dari ad firmã* (id est breuissimo etiam tempore locare) *sit penitus inhonestum & clericis ad longum tempus, propter continuationẽ temporis, quae ecclesiis damnosa: utrumq; inhibemus. Scilicet laicis talia nunquam ad firmam dentur* (ne quidem breui spatio locentur)*: personis ecclesiasticis dentur ad firmam, sed nonnisi quinquennium. Quo finito neque is contractus illis renouetur.* Caecus sit, oportet, qui non uiderit, in FIRMAM DARE idem esse, quam LOCARE iure etiam TEMPERARIO. Ut iureconsulti ignorantiam prodant legum medii aeui, si has formulas aliter concipiant.

Ordinis sacrae militiae consilia vom Erbpacht.

(b) *ANONYMVS de recuperatione terrae sanctae*, quem *gesta Dei per Francos Tom.* 2. exhibent, *p.* 328. huc institutum suggerit, de fundis ordinis sacrae militiae elocandis. Scilicet, ne sacri milites, per omnem Europam dispersi, agerent *in commendis*, curisque rerum oeconomicarum a studio militiae abducerentur: auctor fuit, ut eius generis agri conductoribus distribuerentur principio in triennium; post, uiribus praediorum accurate cognitis, iure perpetuario *Bona quae habent, citra mare ad firmam nobilem, primo trium uel quatuor annorum cum incremento & demum uel ex nunc. si fieri possit, in perpetuam emphyteusin tradantur.* Non est, quod emphyteuseos aliquem nomen offendat. Non enim id uoluisse scriptor credendus est, ut alienarentur fundi, diuiniori, quod tum credebatur, instituto destinati: uerum elocarentur iure perpetuario, quod emphyteuseos uerbo scriptor significauit.

Gallorum instituta des Erbpachts.

(c) Galliae ICti *assiduae conductionis* crebram mentionem faciunt. *Iacobus CVIACIVS ad tit. Cod. de iure emphyt. p.* 233. *Alii agri*, inquit, *suscipiuntur perpetuae conductionis iure. Nam & locatio fieri potest in perpetuum. Hoc genere suscipiens non fit dominus, nec quasi dominus. Et ita oportet separare perpetuarios conductores ab emphyteuticariis.* Plane ad nostram mentem nostrumque argumentum. Contra *Franciscus CONNANVS lib.* VII. *iur. ciuil. c.* 12, *p.* 533. emphy-

solennissimus. Idem desidero in iureconsultis Germa-
G niae

emphyteuticarium contractum cum perpetua conductione fidenter commiscet. *Iure quidem,* ait, *non differunt, ulla in re. Ne in eo quidem, quod emphyteutae dicitur deberi dominium utile, quod in istis persimiliter institutum esse, negari non potest.* Eandem fere opinionem habet sequiturque *Carol. MOLINAEVS tom. 2. consuet: Gall. tit 2. §. 78. n. 12--16. p. 111.* distinguendo inter perpetuam & temporariam emphyteusin: primam putat dominium utile annexum habere, non alteram. Is ergo in perpetuitate omnem rationem ponit, utilis dominii in conductorem transferendi. Quod si est, non erit Gallis hoc genus contractus der erbpacht / qui saluum relinquit plenum dominium locatori. *Renatus CHOPPINVS lib. 1. de morib. Paris. tit. 3. p. 124.* exemplum adfert *perpetuae aedium locationis* in annuum reditum. Sed largior nimis is etiam auctor est in tribuendo utili dominio conductoribus qvibusque perpetuariis. *FABRI* enim *ad §. omnium I. de act.* sententiam adprobat, *lib. 1. de priuil. rust. c. 10.* qui inquit: *In Francia omnes terrae uel feudales sunt uel aliis pensionibus seu censibus affectae, ita, quod possessores quasi omnes sunt utiles domini.* Quod etiam, nisi memoria fallor, repetit *Ant. DOMINICVS in praerogat. allodiorum.* Esset ergo nulla ciui aut subdito priuato Galliae uel unius fundi proprietas. Quae olim ser-

In Galliis nulla priuatis rerum proprietas.

1 uitutes Indorum, Aegyptiorum,
Thracum, quas modo descripsimus.
Verum lapsus causa est, uerbi *utilis*
dominii ambiguitas. Veteres enim
usufructuarium etiam *domini* uer-
2 bo honestarunt, non rei quidem; sed
redituum intuitu, *p. 129. litt. l.* Qua
ratione uasallus quoque proprieta-
rius feudi potest adpellari, quoniam
fructus eius habentur pro allodio.
3 Ceterum locationes patrimonii re-
galis instituit *COLBERTVS*, quod
prodit illius biographus: cum ante
id fuisset in administratione officia-
lium. Die auf rechnung gesessen
4 hatten. De perpetuariis uero eius-
dem locationibus nihil reperi. Ne-
que forte e re uisum est principis
aerarii. Quod mercedem non so-
lum licitantium calor etiamnunc
augeat; sed etiam ambitio conducto-
rum, quibus accessiones grandium
titulorum simul proponuntur. Per-
tinent tamen huc MVNERVM NVNDI-
NATIONES *p. 65. n. 6.* descriptae. Defe-
runtur enim illa adheredes, dumodo
illi habiles ad ea sint: quam sibi opi-
nionem conciliant Academico uerbo
LICENTIATI. Quorũ ideo tam imma-
nis numerus Gallis, ut alteram par-
tem ciuium uideatur exhaurire. Si ta-
7 men heredes in munera defuncti suc-
cedere uel nolint uel non possint, in-
tegrum illis est, iura sua uendere ali-
is, commutare illa, donare, aut qua-
uis alia ratione in alios transferre.
Modo iudices huius negotii causas
non uideant idoneas, excludendi a

Nundinationes munerum in Gallia.

Spar-

b) Germanorum.

niae(d). Sunt, qui coniecturis ducuntur, in utroque regno, qui nunc ruſtici audiant, quondam principis ac ordinis nobilium fuiſſe perpetuarios colonos. Quod de

SAXO-

Sparta candidatum. Quas leges itidem habuimus in perpetua conductione. *p.* 72.

Cognitane locatio aſſidua fuerit Germaniae medii aeui?

(d) *AVCTOR iuris Sax. lib. 2. art.* 59. Will ein Herr ſeinen zinßmann (pachter) von ſeinem gut weiſen; der zu dem gut nicht gebohren iſt (puta ein pächter) / das ſolle er ihm verkündigen zu Liechtmeß. Ad haec *GLOSSATOR* commentatur: gemieth gut iſt alſo / wenn ich einem mein gut vermiethe um beſcheid (das pachtlohn). Etliche Vermiethung iſt **erblich.** Darum ſagt er hie: der zu dem gut nicht gebohren iſt; hoc enim genus locationis eſt perpetuum. Cauſa uero aſſiduae locationis nugaciſſimo gloſſatori eiusmodi: du ſolt wiſſen/daß von erſten war aller Acker der Römer. Da hielten Sie alle Ritter unter ihrer koſt. Da ſie aber die Lande beſatzten / da liehen die Römer den Rittern ieglichem eine pflege/daraus ſie ſich ſelber bekoſtigten. Die Ritter thäten den acker fort den bauren aus um beſcheid (pachtgeld) das hieße zinß oder pflicht und der das gibt / zinßmann. Hoc ſi eſſet, omnes ruſtici credendi, uel, ut iura dicunt, *praeſumendi eſſent conductores* perpetuarii (erbpächter); neque agrorum uel dominia haberent uel proprietates. Alterutrum autem uel etiam utrumque illi temporum longinquitate ſibi iniuſte adrogauiſſent. Verum tamen fruſtra

Nugae Gloſſatoris.

1 eſt nugator, interpres. Falſum eſt,
Germaniae oras Romanis ceſſiſſe.
Falſum, Landſaſſios, quos hodie uaſallos dicimus, ullo tempore ex ſtipe
principum uixiſſe. Falſum, illos
2 praedia, loco ſtipendiorum, accepiſſe. Id tamen non procul a uero eſt.
Landſaſſios ſeruis manumiſſis agros
in perpetuum locauiſſe, quibus poſtea nomen uenit der Bauern / quo
3 uerbo colonos aut conductores ſacer codex adpellat ante Lutherum
editus, quod dictum eſt ſupra *p.* 69.
litt. u. Unde adprobo coniecturam,
ruſticos principio *ſeruos* fuiſſe, poſt
4 manumiſſionem factam *perpetuarios*
conductores. Nolim tamen rerum
dominos inde patrocinium petere
dominico axiomati: *ruſticis nil deberi*
praeter uictum & cultum, ne alie-
5 *nis opibus diteſcant.* Unde autem
ruſticorum in agris dominia? Forte
indulgentia Germanorum cauſa
eſt, qui omni uſufructuario tribuerunt utile dominium, quem *SCHIL-*
6 *TERI* errorem confutauimus *p.* 120.
litt. c. Nec quicquam. Temporum
aerugo; ignauia; durities; deſidiaque
omnia ſubuertit commiſcuitque
Acceſſit emphyteutici contractus
7 peregrinitas & ratio, male intellecta
p. 63. *litt. t. u.* Qua cum den erbpacht
hodieque commiſcent doctores, exemplo *Phil. Lud. AVTHAEI in uoc.* Erbbeſtand; *OLDENBVRGERI de quatuor elementis iuridicis tit.* 5. §. 2. *p.* 487.

SAXONIAE electore Augusto (e) atque HASSIAE Landgrauiis quidam allegarunt, huc parum facit. BELGARVM aliqui nostrum contractum ab emphyteusi distinguunt; alii cum hac miscent eundem, magna iurium perturbatione (f). Id constat, hanc gentem illum non solum in patria coluisse: sed, Asiae dominam, patrios mores secum attulisse atque induxisse in prouincias orientis. Post quem exemplorum cumulum frustra sunt, qui instituto inuidiam parant ex eius, quod dixerunt, nouitate.

r) Belgarum.

§. VII. Principio enim huius seculi acerrime disputatum est, *conduceretne* principi ac reipublicae: rega-

Locatio perpetua.

G 2

487. Principum quoque e re fuit, laxare &, si quidem fieri potuisset, disfecare nexum rusticos inter Landsassiosque. Conferantur, quae scripta sunt, *Sect.* 3. *cap.* 2. superius.

Quid in Saxonia Hassiaque?

(e) Multoties in consultationibus perpetuae conductionis gratia institutis, reperi, ad Saxonum & Hassorum exempla prouocari; ubi praedia fiscalia perpetuo fuerint elocata. Non tamen memini, eius contractus historiam haberi in utriusque prouinciae ICtis. Eum uero *casum respondi an. 1708. mense Octobri*, qui ex Saxonia ordini nostro fuerat transmissus. Scilicet Saxoniae elector *AVGVSTVS an. 1554. d. 29. mens. Sept.* praedium fiscale G. H. uendidit alicui, ea quidem lege, ne pretium emtor solueret, sed iure perpetuario annuas tantum penderet usuras. Factum id fuerat, ne alienationem successores in electoratu reuocarent, quia redituum loco, usuras quotannis percipere uiderentur. Reuocauit uero contractum nostrae aetatis Augustus: quod fructus illius praedii usuras ter quaterue superare uiderentur. Id quod nostri ordinis iudicio adprobauimus. Verum differt haec historia a nostro argumento, ut emtio & locatio: quamuis mercedis (des pachtlohns) locum usurae pretii conuenti sustinere uideantur.

(f) Vetustissimo etiam tempore Belgii populis usitata fuit *perpetuaria* agrorum conductio. Huic consuetudini a maioribus acceptae, instituta tribuo cum GOTHOFREDI BVLLIONENSIS, regis Hierosolymorum; tum BALDVINI, Flandriae comitis, post imperatoris Byzantini. Vterque enim aduenis ac ciuibus agros, sed ea lege perpetuo elocauit, ut, mercedis loco aliqua frugum pars fisco regali persolueretur.

Belgar. hist. uicin. Germanor. notitia vom erbpacht.

Com-

Conducat nec ne? *regale patrimonium iure perpetuario locari?* Distractis in partes fere aduersas consultoribus rerum fiscalium, dissuasit una institutum, argumentis (g), de quibus disse-

Commemcrat hoc, fide codicis uetusti, *Renatus CHOPPINVS de priuileg. rusticor. lib. 1. cap. 10. p. 26.* Vnde probabile est ad credendum, utrumque patriae mores secum in Asiam traduxisse. Recentiorum Belgii ICtorum exempla & sententias exhibuimus ea in re superius *p. 175 litt. k.*

Aduersu perpetuae cond. argumenta. (g) Bella indicturi perpetuae conductionis consultoribus, pharetram copiose instruent ex *TVLLII quinta in Verrem oratione.* Nos, fuco relicto, occupabimur in ipsis *Primum.* rerum argumentis. *Principio* hoc dissuadent institutum; quod sic INVENTARIA, quo nomine oues, boues, uaccas, equos & reliqua agriculturae instrumenta significant, negligantur dissipenturque: quae ut difficulter reparari queant; sic certum esse, absque illis fieri non posse agriculturam. *Reposuerunt* patroni assiduae locationis; pecuniam ex pretio eorundem contractam, non solum in rem uerti: sed etiam a bonis oeconomis, quibus tantum praedia hoc iure relinquenda sint, id periculum non fore metuendum. *De- alterum.* *inde* saepe filios conductorum perdere rem familiarem, quam optime tuti sint parentes. Ab his ergo ruinam imminere praediis perpetuo locatis. *Rep.* Censoria itaque lege obicem ponendum esse huic euentui, ut dissoluti heredes de re con-

1 ducta depellantur. *Post* miseram *tertium,* agricolarum sortem dolendam, quam illi expectare possint ab auaro & immiti conductore. *Resp.* Iudicem non defore, qui audaciam
2 eorundem possit refrenetre. *Praeterea* *quartum,* defuturos esse, qui perpetuo uelint conducere; contra, deserturos nostra territoria temporarios locatores. *Rep.* Hoc in tanta tamque
3 immani hominum multitudine opinabile non esse: quin potius credibile sit, allectum iri hoc etiam instituto peregrinos, ut aliunde confluant in prouincias huius instituti.
4 *Tum*, urgente casu, neminem fore, *quintum,* qui principi credat, ante mercedem numerando, quam dies uenerit, quo debeatur. *Rep.* A nostri etiam generis conductoribus opulentis, qui
5 aliis praeferendi sint, eandem humanitatem expectandam. *Porro* *sextum,* ad nimiam mercedem alios calore int.r licitandum impelli; alios spe falli; alios persuasionibus induci:
6 quos temporum successu oporteat redigi in paupertatem. *Rep.* Boni uiri arbitrio iugera agrorum aestimanda esse, atque pretia iustae mercedis definienda: quo cupiditas li-
7 citantium debeat constringi ac contineri. Praeferendum tamen aliis conductoribꝰ illum, qui arrham maiorem obtulerit, quae semel tantũ numeretur. *Imo*, ubi uillae maiores *septimum,* sint, quam ut ei opes priuati condu-
ctoris

differere malo, quam iudicare. Altera uero non minori adparatu, idem extulit commendauitque ad rationes aerarii; ad conductorum fortunas; ad reique communis inuidendas prosperitates (h). Atque

ctoris queant respondere, diuisione opus fore: unde metuendae sint rerum plurimarum distractio; confusio; perturbatio. *Rep.* Agros itaque mensurandos atque in tabulis delineandos ac describendos esse: ad quam normam singula exigi queant, quoties e re esse, uideatur. *Adduni*, fieri tamē ita, ut fruges intempestiue a conductoribus nullius opis uendantur, cum annonae caritas prudenti hero expectanda sit, quo steriles annos ferre possit in iisque non minus locatori satisfacere. *Rep.* Neque omnia praedia sigillatim elocanda neque nimium haec ipsa esse diuellenda. Qui grana habeat, ei uix defore granarij. *Ad extremum* pretia rerum quotannis augeri, decrescere argenti pretia, in tanta aeris huius nimietate. *Rep.* Id olim factum esse, quod metui nequeat nostro aeuo. Americam enim fere exhaustam esse: neque Europae metallifodinas diuitiis pristinorum temporum respondere. Et quot numi quaeso per remotissimas Europae oras terra marique disperguntur in tanta frequentia quaestuque mercatuum; ubi populi auri & argenti usum quondam prorsus ignorarunt, cui nunc tantopere solent inhiare. Quantum deinde huius metalli absumit perditque

octauum,

nonum,

1 luxus nostrorum temporum in supellectili, uestimentis, stragulis, peristromatibus. Cum enim auro quondam sola principum aulaea fulserint: nunc eodem priuati
2 parietes nitent; rigentque auro togae ac stolae uirorum mulierumque, &, stupescerent maiores, famuli ac ancillae aureo argenteoque incedunt ornatu. Temporum for-
3 tunis hoc dare soleo; sed ideo, ut huius aeris cumuli decrescant, cuius multitudo pretia rerum adauget molestissima mortalibus ratione. Demum enim ex necessitate fieret,
4 ut illum rheda cum numis sequeretur, qui diuerterit ad cauponem. Qui mores sunt cupreo septemtrioni. Sed redeamus, unde digressi sumus, tantum itaque abesse
5 dicunt, ut assidua locatio principi aut reipublicae damna adferat, ut contra certissimum sit, si tale quid forte casu euenerit, non conductionem perpetuam incusandam esse,
6 uerum peruersos imperitosque locatores.

Argenti copia orbi satis molesta.

(h) Principio instruere locum poterit *COLVMELLA libri. I. de re rustica praef. Sola res, inquit ille, rustica*
7 *discentibus eget & magistris. Scholas Musicorum, uel, quod magis mirandum est, contemtissimorum uitiorum officinas, gulosius condiendi cibos*

Pro perpetuaria conductione argumenta.

a) subditos inuitari ad artes serendis

que hoc cum iudicio adprobatum ſit principis ſapien-

cibos & luxurioſius fercula ſtruendi; capitumque & capillorum concinnatores non ſolum, eſſe audiui, ſed ipſe uidi. Agricolationis neque doctores neque diſcipulos cognoui. Floruit reſpublica ſine profeſſoribus iſtarum artium. Sine cauſidicis ſatis felices fuere urbes. At ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales nec ali poſſe, manifeſtum eſt. Prodigii ergo ſimile, ſperni genus amplificandi retinendique patrimonii; quod omni crimine caret. Futurum enim eſſe, dixerunt perpetuariae conductionis auctores, ut plurima ingenia, litteris relictis, quae tot hominum nunc otia ſint, ad cultum artis ſerendi excitentur, ſi opus fuerit reipublicae tot perpetuariis colonis. *Deinde*, rariſſimos eſſe temporarios conductores, qui praedia uertere ſtudeant in ſtatum meliorem, qui profuturus ſit alieno ſucceſſori. Id tamen facilius expectandum eſſe, ut parentes arbores ſerant, qui liberis floreant aut nepotibus. *Tum*, in tanta ciuium ac ſubditorum multitudine, utriſque remedia ſuppeditanda eſſe, unde uictum & cultum habere queant. Quam plurimis non animum deeſſe, ſed occaſionem, honeſtis operis quaerere alimenta. Id factum iri, ſi maiora praedia diſtribuantur inter plures colonos, quae fuerint olim ſub cura unius. Accedere, quod utilius ſit, tantum cuique concedere, quantum quisque colere poteſt. Operas leniores eſ-

b) perpetuarios meliores fore temporariis.

c) remedia fere mortalibus deeſſe ad uictum & cultum.

d) Multas curas ſubitus

1 ſe, ſi illae ſint multiplices. *Prae-*
terea principis pericula aedium eſſe
ruinas incendiaque. Ab his eundem
liberari, ſi illae uendantur perpe-
tuariis; uerſa pecunia in res alias
2 ſtabilioris fortunae. *Poſt* ſumptuo-
ſum eſſe & grauiſſimum aerario;
aedes ac uillas reficere, ſiue illae
uitium fecerint ſiue ruinas minen-
tur. Has quoque impenſas ſu-
3 ſcipere perpetuarium colonum. Por-
ro multis quondam opus fuiſſe re-
rum fiſcalium & regalis patrimo-
nii praeſidibus, conſiliariis, ſcribis,
nuntiis, architectis, numulariis, cen-
4 ſoribus, quorum numerus contrahi
poſſit, poſtquam firmo iam talo ſtent
iura perpetuariorum. Opportu-
nitatem *denique* omni inſtituto ma-
ximum praeſidium. Jam in pluri-
5 mis iisque uicinis prouinciis duriſ-
ſima tempora eſſe, quarum ciues, tot
praediorum locationibus propoſi-
tis, ad nos poſſint inuitari. Moneta-
rum quoque corruptelas opulen-
6 tiſſimis quibusque ſuadere, ut cre-
dant numos, non recondant. Ve-
rum, tot creditoribus fidem fallen-
tibus, id unicum fere ſupereſſe, ut
numi in res & iura uertantur. At-
7 que hanc ſcenam aperiri in perpe-
tuaria praediorum locatione. *Ad*
extremum fuiſſe plurimos iam con-
ductores, qui longe maiorem prin-
cipi mercedem ſint polliciti, ſi qui-
8 dem perpetui iuris ſtatuerentur lo-
cationes. Reditus itaque patri-
monii regalis auctus ſumere, qui
a tem-

e) eximi fiſcum periculo ruinarum & incendior.

f) ab onere reficiendi.

g) multitudine ſumtuoſa adminiſtrorum

h) temporum rationes id uelle.

i) mercedem adaugeri.

pientiſſimi; religio iam uult, mittere rem arena(i).

Dubia respondentur ex aſſidua locatione.

§. VIII. Eſt magis prouinciae noſtrae, dubia respondere, quae ſuboriri ſolent in hoc genere contractus. Principio quaerunt: *conductio perpetua tribuat ne dominium?* Negamus hoc (k), ob iuris & aequi, le-

a temporariis conductoribus aeternum uequeant ſperari. Arrham accedere (das erbſtands geld), quae aerario gratis accedat idque pace perpetuariorum.

Maturitas conſilii vom erbpacht.

(i) Non feſtinatis conſiliis itum eſt in aſſiduae locationis inſtitutum. Adhibiti in concilium uiri prudentiſſimi, qui ex utraque parte aeſtimarent momenta; qui audirent referrentque; qui ſuum non minus interponerent iudicium: ut tandem re diu ſufficienterque deliberata, id ſtatui poſſet, quod uideretur conſultiſſimum.

Der erbpacht *num tribuat dominium?* Neg. *argumenta. Primum;*

(k) *Principio* uerba *BALDI in conſil. 116. lib. 1. n. 3.* iuſtitiae rationibus admodum congrua ſunt, *quoties*, inquit, *unus & idem actus poteſt ſapere alienationem & non alienatioem, nunquam praeſumitur alienatio.* Praeſumendum enim id quod minimum eſt *l 34. ff. de R. I.* & quod benignius *l 56. ibid.* Quam regulam adprobant quoq; ſuo in foris iudicio *CYNVS l. incendium in fin. C. ſi cert. pet.* & *Ioan. Vinc. HONDEDAEVS uol. 1. part. 5. conſult. 85. n. 7. p. 682.* Diximus autem ſupra *p. 175. litt. k.* uocabulum erbpacht non ſemper *emphyteuſin* ſignificare, uerum ſimplicem quoque & nudam

1 perpetuariam conductionem, abs-
que ulla dominii translatione, ut
adeo pro hoc tantum genere ſint
coniecturae. *Deinde l. 39. ff. locati* *alterum;*
VLPIANVS clare ſcribit: *non ſolet*
2 *locatio dominium mutare.* Quae
lex, ſi de temporaria locatione in-
telligeretur, ſuperflua eſſet atque
otioſa & tantum non Domitiana:
ut adeo certum ſit, Ictum hoc dubii
3 genus reſpondiſſe, quod factum fue-
rat de iure perpetuarii conducto-
ris. *Tum* ut unius cuiusque con- *tertium,*
tractus initium ſpectandum & cauſa
l. 8. pr. ff. mandati: ſic etiam ex plu-
4 ribus huius inſtituti rationibus pa-
tet; principem non *alienare* uo-
luiſſe, ſed *locare.* Inſtrumenta rei
agrariae alienata ſunt: non agri
aut fundi. In conductorum loca
5 ſucceſſerunt perpetuarii: non in
emphyteutarum. *Locata* ſunt prae-
dia (quod uerba uolunt in erb-
pacht austhun) non *emtionis* nomine
adſignata; quo conſecutions filo
6 utitur *ALEXANDER l 3. conſ. 104. n.*
2. p 86. Quoties enim res de qua ali-
quid praeſtatur in eodem ſtatu ma
net, toties non emtio eſt ſine alie-
natio, ſed locatio, arguit *IAVOLE-*
NVS l. 65. ff. de contr. emt. *Praeterea* *quartum;*
leges cenſoriae, factae huic generi
lo-

gillatim (l): non ſolum ramis errationum amputa-

CVIACIVS in operib. poſthum. ad lib. 4. Cod. tit. 66. p. 233. rem ita definit: *fundi fiſcales alii ſuſcipiuntur iure priuato, quo genere ſuſceptor* dominus *fit: alii iure* emphyteutico, *quo habetur pro* domino: *alii* PERPETVAE CONDVCTIONIS *iure, quo ſane ſuſcipiens nec dominus fit nec quaſi dominus. Nam & LOCATIO fieri poteſt in* PERPETVVM. *Et ita oportet ſeparare perpetuarios conductores ab emphyteuticariis.* Non uidit hunc locum *Caſp. SCHIFORDEGHERVS,* qui *lib. 1. tract. 18. p. 139.* ſententiam noſtram pariter tuetur aduerſus ſomnia ueteranorum: in quorum caſtris tamen ipſe conſpicit impetitque Cuiacium, certo argumento, maximum Ictum quandoque memoria lapſum eſſe; ut diuerſo tempore diſſentiret a ſe ipſo. Neque egomet crediderim, id ſcribarum aut diſcipulorum culpa eueniſſe, qui magiſtrum non intellexerint. Quibus tamen opera poſthuma eius uiri debemus. Argumenta enim fallere non poſſunt, quibus, ubi a ſe diſſidet, diuerſas inſtruit opiniones. Id potius dicendum, ea quae iuuenes docemus, eſſe quandoque nimis feſtinata. Addi his poſſunt *HEIGIVS in comment. ad inſtit. WESENBECIVS* ad eumque *HAHNIVS, ZOESIVS, FRANZKIVS* inprimis qui prolixus eſt, pleraque tamen debet Schifordeghero; *STRVVIVS*, in *commentis pandectarum* ad titulos *ſi ager uectig. & locati conducti*, *PACIONIVS de location. c. 3. n. 4. Ioh. a SANDE Deciſ. Friſ. lib. 3. tit.* 6. *def. 10. n. 8. p. 98.* plurima momenta habet, facientia ad hanc arenam. *Paul. CHRISTINAEVS ad 4. artic. ſtatut. Mechlin. p. 176. Iohannes REBHAN in paralipomenis dec. ad 5. quaeſt. 9. §. 6. p. 361.* diſcrimen facit inter *emphyteuſin cum dominio* & illam, quae eſt *ſine eo* Altera noſtri eſt argumenti. Exiſtimat enim, fiſcales tantum fundos emphyteutis dominium plerumque dediſſe: necquicquam uero praedia hominum priuatorum. Cauſas coniecturae dedit *p. 195. litt. m.* Habes ergo emphyteuſin ſine dominio. Quod etiam Molinaeus ſcripſit, qui tamen in tempore poſuit diſcrimen, perpetuario emphyteutae dominium tribuens; temporario non item. Verum nos abſtinemus a priſtinae adpellationis nouo ſignificatu.

(l) Robur contrarii argumenti *Diſſolutio* potiſſimum in lege ponunt, quae *contrarior.* perpetuariam locationem & em- *quae domini-* phyteuſin habeat pro ſynonymis. *um exigunt* Ita enim *l. 1. C. de officio comit. ſac. pa-* in dem erb- *lat. Ad Palatinorum curam & ra-* pacht. *tionalium officia omnium rerum noſtrarum & totius perpetuarii* HOC EST *emphyteuticarii iuris exactio reuertatur.* Ad illam *repon.* primo ſcripturam in diuerſis codicibus eſſe diuerſam. Alios habere VEL aut, quod coniector, omiſſa particula HOC, pro eſt ET. Ut adeo non unus

tis; sed etiam radicum fibris euulsis, qui olim ac no-
stro

contractus, uerum duo indicati esse uideantur: quod etiam existimat *CVIACIVS ad lib. 4. Cod. tit. 66. p. 833.* Sit uero, retinendam esse lectionem, nihil aliud consequetur, quam Caesareos fundos non CONDVCTORES habuisse perpetuarios; sed tantum emphyteutas. Quod non disputatur. *alterum,* *Deinde* hanc demum causam esse, existimant dominii in emphyteutico contractu, quod is sit perpetuarius. Hinc temporariae emphyteusi negat omnem speciem domini *Car. MOLINAEVS in consuet. Gall. tit. 2. §. 78. n. 13 p. 111.* *Emphyteutam quippe* temporarium, seruitutem *tantum habere, perhibet, in* alieno *solo* Verum *repono:* hanc opinionem nobis eo minus probari; quo magis constet, deferri dominia ad aliquot spatia, pactis definita. Quid? quod rursus nullum sit filum consecutionis: perpetuitas occasionem dedit transferendo utili dominio in conductorem, igitur non esse potest conductio perpetuaria sine dominio. *tertium,* *Praeterea* urgent, qui alienare nequeat, illum ne longo quidem tempore multo minus autem perpetuo locare posse, quod definiant doctores ad *cap. 1. Clementin. de reb. eccles. non alien.* Imo locationem fundi ecclesiastici per integrum *decennium* iisdem solennitatibus faciendum, quibus fiat alienatio: quoniam longi temporis conductor acquirat utile dominium *PAPO in arrest. curiae*

1 *lib. 1. tit. 13. arrest. 4. REBVFFVS de alienat. rer. ecclesiae n. 19. REDOANVS de reb. eccl. non alien. tit. 14. n. 16. CHRISTINAEVS uol. 1. dec. 130. n. 13. dec. 173. n. 4. PECKIVS ad iur.*
2 *can. reg. 37. n. 4. p. 163.* Ad haec *repono,* durissimam hanc legem esse, quae facta sit in fauorem bonorum ecclesiae Iure enim Romano quamuis alienatio rerum ecclesiae pariter
3 fuerit prohibita, ualida tamen fuit *triginta* etiam annorum locatio, *cap. 3. Nouell. 120.* Taceo; nullum esse nexum ratiocinii: interdictae & uenditio & perpetua locatio, ergo
4 idem est uterque contractus. Deni- *quartum,* que rem irretire solent legum quarundam inuolucris. Sic *l. 1. §. 3. ff. de superficieb.* ait Vlpianus: *negatur actio in rem ei, qui superficiem ad*
5 *modicum tempus conduxit: quae tamen longi temporis conductori conceditur.* Idem fere habetur *l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager uectig.* Unde arguunt doctores: *si in loca-*
6 *tione ad longum tempus est conductori* IN REM *locatam actio, erit quoque ei quasi dominium.* Verum tamen respondebo, hoc dubium inferius exinstituto: *utrum actio in rem*
7 *esse nequeat sine utili dominio? Ad* *quintum,* *extremum* ingens producitur in medium doctorum ita sentientium cohors, primae, mediae atque ultimae aetatis. Nominabimus ex
8 quam plurimis aliquos tantum. *Fr. CONNANVS lib. 7. c. 10. p. 533. perpetuarios inquit, colonos esse, qui & um-*

ſtro tempore hos abortus protulerunt & propagarunt (m).

§. IX. Hac itaque controuerſia ex inſtituto compoſita, iam facile eſt, ad reſpondendum alia quaeque gene-

b) numquid in re locata

emphyteutae nominantur, aperte demonſtratur ex l. 1. C. de offic. Com. Sac. Pal. iure quidem non differunt ulla in re; ne in eo etiam, quod emphyteutae dicitur deberi dominium utile, quod in iſtis ſimiliter inſtitutum eſſe, negari non poteſt. In capite tamen eodem poſtea is auctor magno legum ac rationum adparatu ſententiam ueterum exprobrat, qua illi omnem *longi* temporis locationem transferre crediderunt dominium. Sentit itaque autor in *longi* temporis locatione nobiſcum: in *perpetuaria* facit cum parte aduerſa. *BALDVS ad l. Lucius 88. §. inſtituto 15. n. 1. ALEXANDER Conſil. 105. n. 5. Aluarus VALASCVS iur. emphyt. quaeſt. 29. Ioh. GARSIAS de retract. gent. §. 1. gloſſ. 14. n. 79. Iac. de S. GREGORIO de feud. in uerb. quia per locationem Ioh. CORAS. ad tit. 1 de emphyt. p. 353. Caeuallos com. op 99. c. 8. n. 2. GVTIEREZ lib. 2. Can. Quaeſt. c. 8. n. 21. HONDEDAEVS uol. 1. Conſ. 30. n. 16. p. 682. Ioh. GOEDDAEVS ualde prolixus eſt, uol. 4. Marpurg. conſ. 51. n. 18. 75.* ceteris. *HVNNIVS in encyclop. poſt. 3. tit. 18. c. 6. CARPZOVIVS lib. V. tit. 3. reſp. 17. n. 10. & in lib. 2. Iuriſp. Conſiſt. def. 304. n. 8. 9. p. 468.* quem ſeduxit ſuperſtitio in locationibus bonorum eccleſiae. Omitto alios. Verum uti meum non eſt date quid horum nominum terriculamentis; ita tamen meam quoque ſcenam illis inſtruxi ſuperius *p. 193. litt. k.* ut nomina nominibus opponuntur.

(m) Unde autem tam magna doctorum in re manifeſta diſſenſio? Scilicet cauſas plures habet hoc diſſidium. *Primo* quondam ſteriles tantum agri perpetuo iure elocati ſunt. Hi uero adſignari non poterant niſi cum facultate uertendi ac mutandi, qui effectus ſunt utilis dominii. Aſt hoc aliter ſe habet in noſtri generis locationibus, quae in praediis fiunt iamiam excultis. *Deinde* hunc tantum finem propoſitum olim habuere perpetuae locationes, ut conductores allicerentur ad uertendum agros in ſtatum meliorem *p. 182. litt. y.* ideſt exercendum utile dominium. Sed noſtrae perpetuariae locationes annuos fructus proponunt conductoribus ab iisque expectant annuam, quae illis reſpondeat, mercedem. *Praeterea* cum olim ſolius principis aut reipublicae agri perpetuario iure locarentur, quod res communes ut plurimum gerantur negligentius, conductores quoque licentiores facti ſunt, ut plus ſibi iuris in mutando uertendoque ſumerent, quam ſtare poſſet cum locationis indole. Quod exemplum cum priuati etiam ſequerentur, factum eſt, ut in regulam

πρῶτον ψεῦδος huius dissidii,

Licentiores sunt conductores fiscales.

mutare queat perpetuarius?

genera dubitationum. Utpote, *numquid rei locatae mutare in alium ſtatum poſſit aſſiduus conductor, inſcio neque conſentiente perpetuario locatore.* Dant hoc ali-

Num amittatur nobilitas durch den erbpacht.

lam iret, perpetuariam locationem transferre partem dominii. Licet aequius longe fuiſſet, *regulam* ex indole contractus aeſtimare & ſaluam tenere, non attento, *exceptiones*, quod ſaepe fit, uincere eam multitudine exemplorum. Quae noſtrae doctrinae fundamenta. Porro ingenuo quondam homine fere indignum fuit, conductorem alieni agri audire & tantum non accenſeri ordini adſcriptitiorum. Ad hanc igitur labem abſtergendam perpetuariis datum eſt quaſi dominium, ut facilius, qui perpetuo conducerent, inuenirentur. Primum cum ex iure Romano patet *l. 19. Colonos C. de agricol. & cenſitis* tum ex iure Saxonico. Haec enim, ad *lib. 2. art. 59.* habet gloſſa: Wer auf gemiethen gut ſitzet/der ſolle nicht ſeyn von Ritterarth. Dann er verleuret ſein Ritterſchafft damit. Dann er nimmt den zu einem Herrn/ der es ihm thut und wird ein gebauer. Sed noſtro aeuo ordini etiam nobilium bonus odor e conductionis perpetuae compendiis. Mouit forte id Galliae regem, ut noua lege non ſolum mores ueterum eo corrigeret; non perdi iura nobilitatis agros conduceno; ſed etiam acquiri poſſe nobilitatem conductione agri fiſcalis. Man hat die Königl. Pachter in einen hohen rang geſetzet und dieſelbe nach iedes begehren geadelt. Germanis hac lege opus non eſt, qui nobilitatem ex ſanguine aeſtimant, non attenta morum aut munerum integritate. Imo nobilem nobili a ſeruitiis eſſe (da die Edelleute adeliche pagen halten) nobilem nobilis heri uaſallum, iuit in mores noſtrae reipublicae. Primum ubique patet: alterum uero in Marchiae & Pomeraniae ducatibus. Ceterum memini nuper perpetuarium conductorem, uiro nobili, ſed qui eiusdem pariter conditionis fuerat, id exprobauiſſe: er fragte viel nach ihme; er wäre ein pachter / wie er; und einer ſo viel als der andere; ſein adel hienge nun am nagel u.ſ.w. inde quaeſitum fuit in definitione iniuriarum: *minuatne aut tollat prorſus nobilitatem perpetuaria conductio.* Unde conſtat, auxiſſe conducentium numeros *negatiuam.* *Ad extremum* matrem quoque huius diſſidii fuiſſe puto, ignorantiam diuerſitatis inter *dominia fructuum* & *rei* ipſius. Primum conductori nemo negat: ſed quaeritur de altero *p. 191. litt. k.* Unde illud euenit, quod ſupra confutaui *p. 120. litt. c.* Germanos omni uſufructuario tribuiſſe utile dominium. *Fructuum* crede intuitu; non *rei* ipſius, quod uult nouiſſimus patriae Ictus. Sufficiant haec, ad πρῶτον ψεῦδος indicandum diſcriminis inter doctores: *perpetua conductio num ſtare poſſit abſque quaſi dominio.*

aliqui conductoris perpetuarii arbitrio (n), qui specie quorundam argumentorum mouentur. Verumtamen cum id conductoris non sit, omnino patet,

De iure uertendi rem conductam in alium statum. *Usus forensis*

(n) Saepe euenit, ut huius iuris instituatur disquisitio, idque ob mores nostro aeuo commutatos. Quondam pater familias id egit, ut fundus singula ferret, quae illi necessaria essent ad uictum ac cultum. Hodie id praeceptum rident expunguntque ex oeconomica doctrina rerum periti. Neque sine causa Quoniam, in tanto commerciorum flore, eadem facilitate uendi potest, quod superest: quam quod deest redimi ab aliis. Neutrum fieri potuit in medii aeui Germania, ob aeris & numorum penuriam, qua olim respublica nostra laborauit. Alia itaque tempora alias uolunt, agros colendi rationes. Colere solemus, quod quaestuosius est; non quod magis necessarium: exempla dedimus *p. 126. n. 6.* Quo rerum statu multoties definitione opus huius argumenti. Scilicet liberas hic manus quidam dant perpetuario conductori. Principio patrii iuris hoc praeceptum est.

Argum. Primum,

Kein Zinßmann (colonus, conductor) mag steinbrechen oder leim graben / ohne seines Herrn urlaub / deß zinßmann er ist / noch holtzhauen / noch reden (euellere radices syluamque uertere in agrum); es sey dann ein erbzinßman (iuris perpetuarii conductor). *Sax. tit. 1. Art. 54.* Addit glossator: das ist darum / daß er seines Herrn gut nicht ärgern mag: es sey

1 dann sein erbzinßgut / so mag ers wohl
ergern / uerbo ergern adhibito pro
significatu uocabuli *mutare*; dete-
riorem enim fundum reddere neque
licet emphyteutae. *Repono*, tribui
2 hic perpetuario conductori, quae
emphyteutae tantum sint, errore
superius profligato. Illum enim
iure uertendi in alium statum gau-
dere; est quidem manifestissimum.
3 *Deinde* etiam de nudo conductore *alterum*,
num repetere is posset, quae impen-
dit ad fundum in melius mutandum.
quaestionem mouerunt ICti Roma-
ni *PAVLVS l. 55. §. 1. locat. & SCAE-*
4 *VOLA l. 61. pr. ff. ibid.* Uterque id
affirmat, exempli loco, si conductor
uineam instituerit, aedificando rem
auxerit, feceritque sumtus generis
eiusdem, quos longa serie recitat
5 *BERLICHIVS part. 2. decis. 201. p.
848.* *Repono*, non definiunt hic
leges, quid facere possit conductor:
uerum, si quid fecerit, quomodo ei
consulendum. *Praeterea* fieri non *tertium*,
6 posse, existimant, quin perpetuus
conductor, spatio tot seculorum,
eadem semper lyra oberret. Li-
beriores itaque eidem hic manus
fore, quam temporario. *Repono*.
7 Consensu itaque hoc fieri posse lo-
catoris. *Ad extremum*, rationibus *quartum*,
agri etiam deterioribus factis, per-
petuarium tantummodo conducto-
rem damna sentire; quippe qui ni-
hilominus obstrictus sit ad prae-
stan-

tet fallere ictos (o) iuris perpetuarii cum emphyteutico perturbationem.

c) Quid de casibus fortuitis?

§. X. *Damna* etiam *quae resarciat conductori locator perpetuarius?* id quidem uidetur esse ambiguum. Cum enim in plurimis euentibus iura succurrant temporario conductori; post bella, pestem coe-

stundum eiusdem generis mercedem, ut adeo domini parum interesse, uideatur. *Repono:* domini omnino interesse, quoniam casus sint, per quos ad illum redeat fundus perpetuo etiam iure elocatus.

De conductore, si quid mutauerit in fundo locato.

(o) Cum fere plus iuris *perpetuarius* conductor *temporario* non habeat: neque primi maior facultas hic erit, quam alterius. Neutri enim in agris aliquid est dominii. Si ergo quid uertit, mutat, instituitque in eo, sciens id facit in alieno solo. Sed tamen satisfacere illi ideo debet locator *l. 55. §. 1. ff. locat & l. 61. pr. ff. ibid. Repono*, hoc tantum casu eum teneri, si aliquid utilitatis ad illum inde redundauerit. Verum fructibus, eiusmodi accessione auctis, nullum semel conuentae mercedi additur incrementum. Quod si eueniret, doli locator argui posset, suas fortunas augendo ex damno alterius. Accipe formulam 1705. lassen ihme auch frey mehrere weiden zu pflantzen und das buschwerck an besagten orten zur verbesserung der wiesen auszurotten; ohne deßhalben den gewöhnlichen canonem zu erhöhen. Cuius itaque quis tantum commoda sentit; illum etiam

1 solum onera ferre, aequitas uult. Ut adeo tenuiora hoc casu conductori perpetuario iura sint, quam temporario, qui mox repetit uarie
2 generis impensas, de quibus post Berlichium sententiae uideri possunt *Car. RVINI uol. 3. cons. 135. n. 13.* qui satis prolixus, *SANDE I lib. 3. Dec. Fris. tit. 15. def. 5. 6. MEVII*
3 *p. 4. dec. 41.* Ceterum posse etiam perpetuarium locatorem in conatum conductoris animaduertere eumque illo interdicere, imo poenis licentiam eius refrenare, ego qui-
4 dem nullus dubito, argum. *l. 2. C. de censibus & censitoribus.* Noui operis nuntiatione uti eum posse, intelligi potest ex illis, quae habet *VALASIVS de iure emphyt. quaest. 18. n. 23.* uid.
5 *Iul. CLARVS §. emphyt. q. 26. n. 2. GAILIVS lib. 2 Obseru. 67. n. 7. 11. 12. MYNSINGER cent. 6. obseru. n. 3.* Inde *Ioh. MELONIVS in thes. iuris*
6 *tit. 7. n. 37.* Ein erbständer/dem ein weinberg verliehen ist / mag denselben nicht um ackern und einen acker daraus machen. Ohne bewilligung
7 des Grundherrn. Quod si ergo id emphyteutae hic negatur, quo minus id dabitur perpetuario conductori? Quem ideo expelli posse de re loca-

Aut noluerit mutare.

ta

coelitus demissa incendia (p) perpetuarius non habet, quo locatorem uocet in iacturae societatem.

§. XI. Praeterea quamuis temporario *conductori* leges Romanae largiantur, ut *iura sua in alium* d) *de iure uendendi, trans-*

ta, existimo omni iure.

Quae damna ferat locator? (p) Formula iuris 1705. his uerbis est concepta: Erbiethen uns den erbpächter wider ieder männiglichs perturbation eingriff und gewalt zu schützen / damit er an dem genuß der im Erbpacht verschriebenen stücke in keinem punct gekräncket / beeinträchtiget / noch deßfalls einige remission zu suchen verursachet werde. Inmassen denn der Erbpachter alle casus fortuitos minores, als Hagel; Brand; Mäuse; Hamsterfraß; Überschwemmung; Mißwachs und Viehsterben über sich nimmet und niemahls einige erlassung zu prætendiren / sich festiglich hierdurch verbindet und begiebet. Wenn aber das in erbpacht gethane gut durch allgemeine krieges verheerungen; brandschatzung oder durch allgemeine pest und ansteckende seuche; ingleichen durch feuer vom Himmel dergestalt verwüstet werden solte; daß der erbpachter keinen genuß davon haben könte: wollen wir ihn dasienige / was unsern andern unterthanen zu gute kommet / geniessen lassen. Neque id immerito. Cum enim conductio huius generis perpetua sit, tempora meliora durioribus debent succurrere. Quod secus est in locatione temporaria, ubi conductor non habet, unde solatium expectet reficiatque minus secundas fortunas. Ac-

1 cedit quod merces in temporaria conductione ad annonae rationes aestimetur nouissimas: in perpetuaria autem omnium temporum uicissitudines in oculis habeantur.
2 Damit das locarium also eingerichtet und niemand darinnen übersetzet werden möge / daß solches zu allen zeiten bestehen könne / formulae uerba sunt *p. 174. n. 7.* exscripta. Addo,
3 quod mentem nunc subit, Italos haud dubie in casibus a locatore resarciendis mitiores fuisse, quod ex *l. 15. §. 2. ff. locat. cond. & l. 8. C. de locat.* patet; quoniam ob coeli ac
4 terrae aestus frugumque mollitiam frequentiores illi fuerint eidem. Quapropter *ALEXANDER* inprimis ex hoc argumento attendi iubet, *quod mos regionis postulet l. 8. C.*
5 *de locat.* Improbo enim sententiam doctorum, remissionem difficiliorem fore, si conducta regio habeat casus frequentiores: nisi hac causa merces fuerit minor constituta. Ad
6 quas rationes *GREGORIVS* papa restringit leges ciuiles in remissionibus mercedis ob sterilitatem faciendis, *nisi scilicet, ait, cum ubertate* (quod in regionibus fiat, ubi casus
7 sunt rariores) *praecedentis uel subsequentis anni ualeat sterilitas compensari cap. 3. X. de locato cond.* Prodit itaqu[e] patrii iuris institutum, quauis in laudandis ideo legibus Romanis

& sublocandi,

transferat pro suo arbitratu (q): quin uero idem sine con-

manis suas in fine nugas addat, *glossator SAXO ad lib. 2. Spec. art. 49.* Wenn schaden geschiehet an dem vermiethen gut: so das gut bey seinen würden bleibet; der schade ist des miethers. Dann es ist unbillig (moribus Germaniae, alii casus rariores) daß man minder gebe von unglücks wegen. Dann er gebe doch nicht mehr / dann seinen bescheid (mercedem) ob er wohl viel glücks davon hätte. Quae ultima ratio inprimis pro lest perpetuario locatori. Absoluerem itaque eundem a remissione ob casus fortuitos: quamuis nulla id expeditum esset contrahentium conuentione, omnino obseruanda *l. 9. §. 2. ff. locat. & l. 8. C. h. t.* Quod enim *HARPPRECHTVS in consil. 68. n. 57. p. 1297.* existimat, etiam in emphyteusi, ubi *canon magis pro usu rei soluatur, quam in dominii directi recognitionem, casus fortuitos praestandos, uti in locatione temporaria:* id ego quidem ex rationibus prolatis habeo iniquissimum, nisi *damna perpetua* sint, ubi ad hoc officii genus perpetuarium quoque obstrictum esse dico locatorem. Addatur *MAVLIVS de locat. cap. 1. n. 14.* qui aliorum sententias recenset magis, quam rationes aperit definitque. Plenior curatiorque *Abr. a WESEL de remiss. mercedis cap. 5.*

Qui fieri possit sublocatio?

(q) *Nemo* inquit *ALEXANDER* l. 6. C. de locato, *prohibetur rem, quam conduxit fruendam alii locare.* Hinc doctores uniuersim regulam

1 faciunt; *conductori liberum esse rem conductam sublocare & uendere ius suum subconductori.* Obligant tamen ad aliqua sublocatorem, quae nequeat spernere. Principio ne
2 conditionem subconductori faciat largiorem, quam ipse habeat sublocator *MOLINA de iustitia & iure tract. II. disp. 489. p. 1066.* exemplo iuris sub in feudandi, quod ex insti-
3 tuto recensuit *Andr. KOHLIVS c. 2. q. 7.* Deinde ut subconductor aeque sit idoneus, uerbo *aeque* cum *emphasi* addito a doctoribus *COSTA* de iur & fact. dist. 80. in quo nihil de-
4 siderare queat primus locator arg. *l. 7. ff. de usu & habit. Matth. de AFFLICTIS Decis. Neap. 401. n. 1. p. 485.* oportet autem, ut probet, illum idoneum esse, sublocator *RIMINAL-*
5 *DVS uol. 5. cons. 538. n. 51. MASCARDVS de prob. uol. 2. cl. 878. n. 4.* hinc aedes studiosum sublocare posse alii studioso; non opifici manuario, exemplis probat *Ioh. SICHARDVS*
6 *ad l. 6. C. de locat.* ad rixas & odia nato *BERTAZOLIVS cons. 456. n. 2.* aut iurgia assidue tractanti *COSTA de iur. & facti ignorantia cent. 1. dist. 80. n. 17.* Post ut primus conductor
7 nihilo minus teneatur de mercede & damnis primo locatori, quamuis huic etiam res subconductoris maneant obligatae, *Andreas ALCIATVS lib. 8. respons. 63. n. 1. p. 1206.*
8 Tandem ut pactis prohiberi possit primus conductor, ne rem sublocet aliis ipsa lege id uolente *6. C. de loc. MAVLIVS de locat. tit. 5. n. 5. CA-*

Affter erbpacht.

RO-

consensu perpetui locatoris fieri possit, id quidem quamplurima iubent argumenta (r).

I §.XII.

ROTIUS de locat. part. 1. de iure subloc.

Obseruatio singul. aduersus iura sublocandi & sententias doctorum.

(r) Formula locationis an. 1705 hunc casum his uerbis definit: geben ihm auch macht/ mit consens unserer Cammer (cur non ipsius potius regis auctoritate?) sein erbpachts recht/ohne ihme deßhalben eine Verweigerung oder chicanen zu machen/ hinwiderum zu verkauffen und zu sublociren. Atque hoc pactum uim legis habet *l. 6. C. de locat.* Quid uero iuris esset, si pacta haec fuissent omissa? Id uolo; superius allegatam legem *6. C. de locato* nimis liberali doctorum errore iusto magis prolatam esse, quam uel mens imperatoris fuerit uel contractus patiantur rationes. Scilicet uti constitutiones Caesarum, in codicem relatae, de casibus fere disponunt tantum singularibus: ita haud dubie Victorinus imperatorem de re, alteri sublocanda, consuluit, cuius nulla fuerat cultura, ut locatoris industria & dexteritate opus non esse, uideretur. Accipio ergo legem & ueneror in *aedium; fluminum; animalium; nauium;* ceterisque eius generis conductionibus: necquicquam uero in iure colonario, quod a prudentia, industria, peritiaque pendet oeconomi conductoris. Nihil enim uoui, quod conductori, qui in hac laude est, altera fere mercedis pars remittatur, ob spem melioris culturae. Tan-

1 tum abest, ut hic perinde sit locatori, dummodo is mercedem accipiat, quemcunque ille habeat conductorem. Puto aliquos Ictos iniquitatem rei intellexisse, qui ideo restrin-
2 xere legem, *nemo*, si patuerit, aliquem in elocando ad personae industriam respexisse, quos laudat sequique *HARPPRECHTUS in Cons. 38. n. 67.* Neque est, quod limitationes,
3 in praecedente animaduersione *litt. q. p. 200* recensitas, quis sufficere tum credat locatori. Melius enim magisque consultum est, rem ab initio saluam habere, quam post
4 uulneratam causam quaerere remedium. In perpetuis locationibus sublocationis, multo minus uenditionis arbitrium, minus dari potest conductori: quoniam per illam
5 perpetui temporis infinitudinem fieri potest, ut, ueri conductoris rerumque aliarum memoria extincta, damnum rei locatoris adferatur prorsus irreparabile. Ceterum, si
6 Marchiae Ictus, *PRUKMANNUS uol. 1. cons. 17. n. 123.* scribere potuit, idque auctoritate *Iasonis*, *Valasci*, *Gamae*, quibus addi possunt *BALDUS Cons. 415. lib. 1. RUINUS lib. 1.*
7 *Cons. 67. n. 12. DECIUS Cons. 204. n. 5.* excidere emphyteutico iure emphyteutam, si, domino inconsulto, locauerit emphyteuticum bonum in longum tempus, quod decem
8 aut plurium annorum est: quis de eadem sententia commissoria dubita-

o) Quae actiones perpetuo conductori?

§. XII. Tum inuestigatione illud etiam dignum est: *num, praeter uulgarem conducti actionem*, ACTIO *quoque* IN REM *detur perpetuario conductori*. Negant hoc tantum non omnes (a), qui hoc ingenio suo adsequi non possunt, actionem in rem dari posse absque ullo genere quasi dominii. Verum censoria lex largitur eandem conductori (b). Non pacto tantum,

bitabit, conductore perpetuario facinoris conuicto eiusdem *Thom. MAGIRVS de locat. c. 1. n. 17.* Prouide lex censoria 1705. an niemand leichtlich etwas in erbpacht auszuthun/der sich nicht selbsten der wirthschafft annehme (ut militi officiali, absenti, peregrino) man könte denn genugsame caution haben. Multis enim impensis est opus illi, qui rem non ipse curat, sed eam relinquit administratoribus uel arbitrio subconductoris.

Num conductori sit actio aduersus tertium? Negatur.

(a) Dubitatio haec non parui momenti est. Euenerit enim casus, quo conductor perpetuarius praedium conductum aut eius partem, amisit aut illam non accepit ab alio occupatam: qua quaeso actione ius suum is experietur? Leges iubent, ut dominum adeat conductor, quo is rem ab alio ereptam uindicet restituatque perpetuario. Neque enim aliud eidem remedium *actio conducti* suggerit *l. 15. ex conducto actio ff. locati conducti.* Et qui sibi aliter consulat conductor; cuius ius omne ex contractu pendet, quod urgeri non potest aduersus illum, cum quo is negotium non gessit. Neque enim detentor re-
1 sponderit conductori, qui ius non habeat, quod rem ipsam possit afficere. Hac ratione, si praedii aliqua pars, agri iugum, detineantur a *non domino*; docere autem potest
2 perpetuarius conductor, locatoris illa esse sibique conductionis iure obuenisse: audietur tamen necquicquam. Restat igitur, ut fisco locatori causam denuntiet petatque, ut
3 afferat rem sibi tradatque fruendam ei, cui eandem promisit pro conuenta mercede. Satis autem hoc molestum est & locatori & conductori. Primo quidem, quod tum onera
4 agendi in illum deuoluantur, quae forte in re clara lubens in se susciperet conductor: huic autem, quod ipsi non minus graue sit, non suis uiribus uti; sed expetere, implorare
5 & expectare demum alienas, unde mora, neglectio, ambages.

(b) Ita enim contractus quorundam conductorum se habent: geben ihm (dem Erbpächter) auch vollkommene gewalt / das in erbpacht ausge-
6 thane gut wider männiglich zu vertretten / auch wenn etwas davon gekommen und dem erbpachter entzogen worden / solches wider anzusprechen und durch den weg rechtens aus-

Affirmatur quaestio 1) lege censoria.

tum,quod uolunt;sed iuri etiam Romano congrua (c)

I 2 &

ausszuführen und wider herbey zu schaffen. Verumtamen licet pactis hoc definitum non sit; putamus tamen idem etiam uelle instituta iuris Romani, quod dicam in nota subsequenti. Ne quis putet, hoc genus actionis speciem habere mandati aut negotiorum gestorũ; quoniam conductor non interesse & commoda locatoris; uerum sua ipsius in oculis habere uideatur.

2) Autoritate iuris communis. Errationes doctorum,

(c) Omnium fere doctorum is error est, ut uero ac simplici conductori negatam uelint omne genus ACTIONIS IN REM. Hanc enim qui habeat, illum quoque aliquam dominii aut iuris in re partem habiturum, quod unicum actionis in rem uel utilis uindicationis sit fundamentum. Ita explicant *l. 1. sub fin. ff. si ager uectigalis* in qua inquit *PAVLVS: Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt, quamuis non efficiantur domini* (scilicet, quod putant interpretes, domini quamuis efficiantur minus pleni siue VTILES) *tamen placuit* (quae uox probe notanda) *competere eis in* REM ACTIONEM *aduersus quemcunque possessorem.* Hinc *Ant. FABER ad lib. 6. ff. tit. 3.* inquit: *Conductor perpetuarius facit in bonis suis fundum. Acquirit enim actionem utilem in rem si eundum amiserit l. 52. ff. de acquir. rer. dom. Ideoque siquis eandem dominium bonitarium adpellauerit, is meo non errauerit indicio.* Taceo alios, qui sunt minorum gen-

1 tium, opinionis uero eiusdem. Verum enimuero, me sentiente, perpetuarius conductor *quasi dominus* non est; cui nihilominus competit *actio in rem* Illud *p. 191. litt. k.* euicimus; nunc, ut alterum demonstremus, superest. Principio enim allegata lex de quasi dominio emphyteutae necquicquam debet explicari. Certe absurdum fuisset, *quasi dominium* dare & *quasi uindicationem* ire inficias. Verum non rem expeditam; sed plane difficilem uoluit Paulus definire. Quapropter non audet scribere; EST *perpetuario conductori actio in rem: sed* PLACVIT, respondendo ius dubium, *ei talem* competere. Aut, quod doctores nolunt, praetor DEDIT hanc actionem iuris aequitate motus: licet ante haec concessa non fuerit iuris communis rigore. Quae omnino arguunt, legem perpetuarii conductoris actionem definire, non emphyteutae. Et quid opus fuisset paradoxo in re manifesta? Tale uero proposuisse Paulum, contextus prodere uidetur; quasi dixisset; *dominium non dabo & tamen dabo actionem congruam dominio.* Quod primum est. Alterum argumentum ex ratione petitur; ut perpetuario scilicet conductori facilior magisque expedita uia sit, recuperandi rem perpetuo conductam; quam temporario. Accedit, quod domini eo minus intersit, oculum defixum habere in fundum perpetuo elocatum

Vera legis explicatio.

Rationes legis.

Margin numbers beside the right column: 2 at "cimus; nunc", 3 at "nium dare", 4 at "ductori actio in rem", 5 at "ante haec concessa", 6 at "radoxo", 7 at "mum est", 8 at "temporario".

tum

& utrique contrahentium consultissima ratione. In partem tamen litis (d), non minus uenit perpetuarius locator. §. XIII.

tuin, dummodo ille acceperit conuentam mercedem: contra fiat in temporario, ubi, post breue tempus id, quod elocatum est, cum damnis ac commodis redire solet ad locatorem. Quae spes eidem languorem omnino excutiet, insuper habendi aut negligenter tractandi iura rei ad tempus elocatae. Addam, pro declinanda nouitatis suspicione, sententiam *Vlric. HVNNI*, quam protulit. *Disput. 29. th. 1. p. 1749.* his uerbis: *utilis actio in rem non praesupponit utile dominium. Dicitur enim illa ad differentiam actionis directae, quae ex solo dominio prouenit: cum utiles ex alio iure, quod in re obtinet, proficiscantur. Ideo autem ex locatione ad longum tempus facta, potius, quam ex locatione facta ad modicum tempus, datur in rem utilis actio. Quoniam sic praetori placuit, ad impetrandum in rem actionem utilem, temporis longitudinem accedere debere. Falsa est illatio & collectio haec: datur utilis in rem actio, ergo utile dominium competit actori. Hanc enim argumentationem fortiter infringit exemplum actionis publicianae, quae utilis in rem est* §. namque *non de actionib. & tamen, qui eam habet, non est utilis dominus.* Fere quoque nostra facimus, quae *Reinh. BACHOVIVS disput. XXIX. thes. 4. lit. c. p. 112.* fundamenti loco respondit ad hoc argumentum: *Scilicet*

1 *propter longius tempus interesse magis censetur conductoris, rem ipsam persequi, nec sufficere, actione personali ex conducto contra locatorem experiri.* Atque in hunc etiam sensum accipi debet *l. 1. § 3 ff. de superficieb.* ubi ait Vlpianus: *si quis super-*
2 *ficiem conduxerit ad breue tempus, negetur ei actio in rem* (tum enim locator uigilabit, ne res, quae post triennium ad ipsum reditura est, ac-
3 cipiat detrimentum). *Sed ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem,* IN REM ACTIO *competit.* Quoniam hoc censu locator est languidus ad agendum, qui omne genus curarum transtulit in conductorem.

Noua legis alterius explicatio.

4 (d) Id enim dicendum est, quod fiscus tamen locator socias manus iungat in hoc causae genere conductori, suppeditetque ei ad agendum & excipiendum idonea instrumenta; 1) Nolim uero sententiam aduersus conductorem prolatam, illico loca-
5 toris quoque iura prorsus euertere, si quando is rem elocatam receperit; quae damna accipit dominus, quando in causa feudali uasallus suc-
6 cumbit. Quamuis etiam hoc casu is restituendus esse, uideatur, ob leuissimam quamuis causam, quod infra docebo. *Transigere* autem *perpetuarium conductorem posse*, inscio uel inuito locatore, tantum
7 abest: ut potius idem etiam uasallo, qui plus iuris habet, negandum esse uideatur. De IMPENSIS, IN LITEM factis,

Ad quid locator teneatur actione conductoris? 1) ad instruendam causam.

1) ad impensas.

§. XIII. Praeterea cardo huius contractus in eo uersatur: *utrum perpetuo locare possit princeps, imperii tuo locare uasallus?* Dubitant plerique, quod perpetuaria locatio genus sit alienationis (e), clientelari iure omnino

f) Perpetuum num princeps possit imperii?

factis, ita censeo: aut conductor suo nomine egit, aut consentiente & adiuuante locatore. Si illud est, non repetet easdem, cur enim caussam non detulit ad locatorem: repetet autem, si hoc sit; quoniam locator omnino curare debet, ut conductor frui queat re pro mercede elocata & quidem *conducti actione* sumtus litis repetere potest a locatore, quod prodit *l. 15. ff. locat. cond.* Singula haec plenius doceri possent; sed talia sunt, quae in iure feudali & communi simplicis locationis doctrina ad nauseam usque sunt tractata.

Num princeps perpetuo locare possit? Rat. dubitandi.

[e] De principe *uasallo* imperii instituitur disceptatio eaque respicit praedia, fundos resque alias *domaniales.* Qui ergo negant fieri posse, ut princeps res domanii iure locet perpetuario, illi argumentis utuntur, iamnunc enumerandis.

a) quia locatio est alienatio.

Principio quidem certissimam iuris regulam esse, existimant, ut, *qui alienare nequeat; is consequenter perpetuo nequeat locare*, doctore huius canonis antesignano *BALDO ad c. 1. in pr. 2. F. 52.* cui succinunt glossator *SAXO lib. 3. art. 77.* an welchem gut der vermiether bedarf seiner erben Willen/ob er es verkauffte/ durfft er auch dessen/ ob er es vermiethete & longa serie numeroque iuniores, quos cateruatim condu-

1 xere *Ant. de PETRA de fideicom. quaest. 8. n. 81. usque ad n. 98. Petr. PACIONIUS* libro, quem ex instituto scripsit *de locatione & conductione*
2 *cap. 3. n. 4. & cap. 4. n. 6.* quem pudet, quod alii pone me fecerint, exscripsisse. Verum πρῶτον ψεῦδος in eo latet, quod communis doctorum schola existimat; omnem lon-
3 gi & multo magis perpetui temporis locationem tribuere quasi dominium, adeo ut neque pacta ualeant contraria, quomodo definit rem *IASON uol. 1. consil. 94. col. fin. CU-*
4 *NUS ad l. 88. §. 15. ff. de leg. 2. ALEXANDER lib. 3. consil. 104. n.* quia sint in fraudem legis, quem errorem cum ueteranis quoque peccat *SCHRADERUS part. 8. feud. c. 1. n.*
5 *18.* Verum hoc est, quod nos *p. 191. litt. k l.* plene planeque euertimus. Filo itaque consecutionis dissoluto, iam omnis neruus deerit argumen-
6 to. Deinde legum decreta laudant, *quod, iure dantis cessante, ius quoque cesset accipientis l. lex uectigalis ff. de pignor.* Locatore ergo mortuo finiri perpetuae elocationis aeternita-
7 tem, uti prolixe *Paul. de CASTRO uol. 1. cons. 2. n. 3. Rep.* Praeceptum hoc fallere; quoniam factum ante-cessoris posteros obligat aut alius generis successores. Ita enim mor-
8 tui conductoris uinculo tenentur heredes *l. 19. §. 8. l. 60. §. 1. ff. locat. cond.*

Respondetur.

b) cessante iure dantis ius cessare accipientis.

no aduersae, Verum enimuero, cum is error supra sit

cond. l. 10. C. eodem etiam capitulum ex locatione a praelato in aliquot annos facta *cap. 8. X. de reb. eccles. non alien.* atque ad hoc argumentum late *TELLEZ* & *RODOANVS*, *ALEXANDER lib. 4. consil. 160. n. 4. COVARRVVIAS lib. 2. uar. resolut. lib. 2. c. 15. n. 6. BEROIVS uol. 2. consil 103. n. 21. Ren. CHOPPINVS lib. 3. Doman. Franc. tit. 13. n. 2.* idem dicendum, si praepositus commendae locauerit res sui ordinis, *MANTICA de tacit. conuent. lib. 5. tit. 14. n. 10.* imo etiam obligatur successor, si fundum ecclesiae locauerit, sede uacante, oeconomus administrator, *GRILENZON cons. 95. Nic. NATALIS de transmissione cas. 28. n. 55.* Quae satis docent regulam propositam ubique ueram non esse neque locum eidem fore in nostro argumento. Praeterea, uasallum rem feudalem locare quidem in aliquot etiam annos posse pro locorum rationibus *RITTERSHVSIVS fi artit. feud. l. 2. c. 3. q. 36.* ita tamen, ne, locatore mortuo, successor feudalis teneatur conductori, quoniam cum illo expiret etiam locatio, quae sententia *SCHRADERI part. 8. feud. c. 1. n. 19.* cum CACHERANO *decis. 1, 6.* Multo itaque minus obligaturas esse aeternas uasalli locationes siue de agnatis siue de domino quaestio instituatur, *CVRTIVS part. 4. caus. omitt. feud. reg. 1. q. 3. MOLINA lib. 1. c. 21. n. 19. CLARVS §. feudum quaest. 33.* Verum enimuero doctores loquuntur de simplici uasallo,

c) in clientelaribus id obsit.

1 cui abs it, ut hanc facultatem tribuamus: non autem de uasallo principe, qui imperium habet aut, quod Germani dicimus, iura territorialia. Esse autem absurdum;
2 utriusque generis uasallum iisdem legibus aestimare, quod plerique doctores fecere: id quidem docebimus suo loco. Porro impetunt sententiam nostram exemplis ma-
3 ioratuum Hispaniae & fideicommissorum: neutrum enim admittere putant perpetuariam uel longi temporis locationem. De maioratibus testes sunt *MOLINA de Hisp.*
4 *primogen. lib. 1 c. 21. n. 15. PINELLVS de bon. matern. part. 3. n. 65. VALASCVS de iure emphyt. q 27. n. 11. Pelaes a MERES de maiorat. Hisp. part. 1. quaest. 1. n. 81.* De fideicom-
5 missis *Ant de PETRA Quaest. 8. de fideicom a n. 80. ad 100. KNIPSCHILD de fid. famil. cap. 11. n. 143.* Ad haec repono; esse laudatos auctores in supra p. 191. litt. I. k. profligata opi-
6 nione, quod perpetua locatio dominium tribuat, quod species sit alienationis: qui error iudicia eorum corruperit: alias enim plures uelle fideicommissi successores locatione prae-
7 decessoris stare debere *MARZAR. de fideicom q. 39. FVSARIVS de fideic. subst. q. 526. n. 1.* Deinde, quod potissimum est, quis dixerit; ordines Hispaniae tantum iuris in maiora-
8 tibus habere, quam principes territoriorum Germaniae. Veteranorum hi errores, satis explosi in scholis rectius publica iura docentium.

d) Maioratibus m. & fideicommissis.

Idem

ſit confutatus: quaeſtionem propoſitam ego quidem contra adfirmo (f), ut neque domini neque agnatorum conſenſu opus hic eſſe, uideatur.

§. XIV.

Idem de fiduciario dicendum, iure territoriali prorſus deſtituto. Ad extremum inclamant laedi & domini iura & agnatorum locatione perpetuaria; quae integra eſſe uelint leges clientelares. *Reponi*o; laeſionis ſcrupulos nos ſupra *p. 188. litt. g. & h.* e medio ſuſtuliſſe. Vrgeat forte aliquis numos ex arrhae numeratione contractos (den erbſtands geldern). Regero, illos in rem utilitatemque reipublicae uerſos fuiſſe; ut neque ideo querelae eſſe uideantur.

e) & domini iura laedi & agnatorum.

(f) De principe imperii loquor, qui iure gaudet territoriali; huius enim perpetuarias locationes eousque & agnatos obligare & dominum, ſucceſſores, ego quidem exiſtimo: quam diu ſe laeſos eſſe, dicere illi nequeant in reditibus regalis patrimonii. Principio enim *SCAEVOLA in l. 88. Lucius Titius* §. 15. *inſtituto* ſub fin. *ff. de legat. 2.* controuerſiam definit: quod quamuis fiduciarius heres alienare nequeat, illum tamen nihilominus locare poſſe rem, fideicommiſſo oneratam. Unde *GLOSSA* ad hanc legem & uerba: NON EXTITISSE. *Non ob C de reb. eccleſ. alien. l. fi. quia penſionem uel ius penſionis obligauit hic; ibi uero rem. Et eſt ar. hic: quod ſi alienare prohibitus, locet in centum annos uel mille, quod non alienet l. non ſolet, ff. de locat.* bO-

Poſſe imperii principem perpetuo locare probatur.

a) quia fideicom. recte locatur in mille annos.

1 ſtupuere Icti ad hoc gloſſatoris adſertum: cuius duritiem, quae illis uidebatur, mitigare uoluerunt explicationibus uariis. Scilicet loqui gloſſam, ubi non tam *res* locetur, quam rei *fructus*. non tam res, quam commoditas rei *MENOCH. conſ. 777. n. 8. PEREGRINVS de fideicom. art. 40. n. 110. TACIONIVS de locat. c. 4. n. 6.* uel ubi pactum

3 adiiciatur; quotannis ipſo iure renouatum iri contractum, ut tot locationes eſſe uideantur, quot tempora modica; quae ſomnia *BALDI* ſunt apud *Ant. de PETRA de fid. q. 8. n. 98.* Alii tamen eidem ſimplici-

4 ter ſubſcripſerunt, quos laudant *ALEXANDER lib. 3. conſ. 104. n. 2.* 5. Alia quaeſtio eſt, utrum mortuo tali locatore, ſucceſſores in fideicommiſſo eo contractu teneantur. Quis

5 uero dubitabit filium conſecutionis eſſe firmiſſimum, qua facultate fideicommiſſarius gaudet, illa neque deſtituendus eſt princeps territorii. Deinde do hoc principi, quoniam

6 perpetuaria locatio nullum eſt genus alienationis. Nam alienatio eſt actus, per quem dominium transfertur *l. 1. C. de fundo dotali*. neque enim dicitur alienatum, quod

7 in dominio retinetur *l. 67. ff. de uerb. ſignif.* quod fit ſi in longi etiam temporis locatione agatur, ne tranſeat ulla ſpecies dominii *Cur. RVINVS uol. 1. conſ. 148. n. 8.* neque enim

b) perpetuaria locatio non eſt alienatio.

tem-

§. XIV. Illud etiam in controuersiam uenit, *cogen-*

temporis adlectione, sed propria conuentionis forma contractus ab inuicem distinguuntur *l. 65. & 44. ff. de oblig. & act.* Non aliter iura medii aeui. *In CAPITVLARIBVS Ludou. lib. 2. c. 29.* scribitur: *alienationes uerbum continet uenditionem, donationem, permutationem, emphyteusin, ab his abstineant sacerdotes.*

Num tutor recte locet perpetuo?

Nihil hic de conductione. Neque est, quod cum *SANDIO part. 1. de prohibita rer. alien. c. 1. n. 47.* putes: *haec quamuis ita sint, periculosum tamen esse, a communi sententia in praxi recedere.* Vanus metus, quia, ut putat, alias tutori detur ac curatori, ut perpetuo locent praedia pupilli uel minoris. Quasi uero id non ob alias causas quas proferunt *TRENTACINQVIVS lib. 2. uar. res. de minorib. res. 9. n. 38. Scipio GENTILIS de bonis matern. c. 17.* istis rei alienae custodibus negari queat *p. 169. litt. e.* quam ex illo inueterato errore, omnem longi temporis locationem tribuere dominium. Cum itaque duo sint, quae principem deuinctum tenent in fiscalium fundorum dominio: unum ne deteriores reddat; alterum ne alienet, causam non habeo, qua impetiero perpetuariam locationem.

c) alienare licet principi; quidni perpetuo locare.

Post sunt casus, ubi principi alienare licet res sacri patrimonii; si quidem id uelint commoda reipublicae. *Renatus CHOPPINVS lib. 3. de doman. Franc. tit. 18. sic aequa uisa est alienatio aedium regiarum, quae a ue-*

1 *teribus Galliae tum regibus, tum*
regulis structae, habitatoribus dehinc
uacuae, ruinam indies minabantur.
Quod exemplum nobis proderit,
2 ciuium ac subditorum intuitu: quo-
rum, si utiles sint alienationes, opus
non est consensu. Con. *SANDE de*
prohib. rer. alienat. part. 1. c. 6. Ne-
que uero est, quod peculiarem in
Germaniae principibus difficulta-
3 tem esse, quis existimet, eo, quod illi
Caesarem habeant feudi dominum.
Pridem enim ante me ostenderunt
patriae Icti, Caesarum consensu
opus non esse, si quidem principes
4 imperii de rebus dominii quid uel
alienare uelint uel cum re alia per-
mutare *KLOCKIVS uol. 1. cons. 11. n.*
146. ITTERVS de feud. imp. cap.
23. §. 3. Quod si ergo id tuentur
5 quam plurimi, principem alienare
posse: quaeso in dubium quis uo-
cabit, fas eidem esse, reditus domanii
augescere, quod *p. 188. litt. g. p. 190.*
litt. h. ostendimus, fundos perpetuo
6 elocando. Possem haec omnia ex
annalibus medii aeui illustrare, ut
exemplis doceremur, quam liberas
princeps quondam manus habue-
rit in fundis & agris territorii.
7 Sed nunc id nostri non est instituti.
Ad extremum exempla hanc facul-
tatem adprobant, non solum impe-
riorum rerumque publicarum, de
quibus *p. 181. ad p. 187.* sed etiam
8 mores a *Ren. CHOPPINO* descri-
pti *lib. 1. tit. 3. n. 2. Quam diu*
enim, inquit, *pro agris merces, pensio,*
lo-

d) consuetudine id fiat medii aeui.

cogendine sint conductores ad ferendum tributa? Absoluunt doctores ab hoc onere conductorem (g):

K quem

(g) Perpetuarius num praestet tributa?

locarium pendetur, a conductoribus causam proprietatis non mutant: quia redeunt ad dominum, si moram soluendi nectat conductor, p. 172. litt. h. Quare neque Romanis displicere potuere perpetuae imperantiũ publicorum fundorum elocationes *L. 31. lex uectigali ff. de pignorib.* Taceo, plurima feuda originem debere principum largitionibus de domanio *CHOPP. lib. 2. de dom. Gall. tit. 14. n. 21.* Repeto ergo, quae dixi *p. 169. litt. e.* casu sic ferente, Caesarem & agnatos etiam successores hoc contractu stare debere, usque dum reditus domanii diminutos esse, ostendant elocatione perpetuaria.

Quare ad tributa non obligetur conductor?

g) Principio putant, conductorem non teneri solutione tributorum, quoniam rem naturaliter tantum possideat, non ciuiliter aut ex legum rationibus §. *5. I. de interd.* ubi dicitur, *quod dominus possideat per colonum aut inquilinum* & *l. 2. C. de praescript. 30. uel. 40. annor.* quae ideo conductori negat initia usucapionis. *MONACH.* Bonon. *decis. 9. MENOCHIUS consil. 330. n. 6. Steph. GRATIANUS tom. 1. disceptat. forens. c. 174. n. 17. KLOCKIUS de contribut. c. 11. n. 113.* Ast uero tributorum onus eorum est, qui iure ciuiliterque possident *l. 1. & 2. C. de annon. & tribut. l. 7. ff. de publican. & uectig. BOCERUS cap. 10. de collect. n. 19.* id est, quod uidimus locatorum.

Discrimen

Alterum est, quod longe grauius,

1 conductorem non suo nomine fructus locati praedii accipere, sed auctoritate locatoris *FRANZKIUS in comment. ad ff. loc. cond. p. 621. n. 175.* Imo utitur fruiturque locator re,

conductoris & usufructuarii.

2 fundo locato, per conductorem, a quo mercedem accipit *l. 39. ff. quemadmodum quis utat fruat.* Unde leges sententiae nostrae non aduersae sunt, quae rem ita definiunt, *tributa ferenda esse ei, qui percipit fructus, l. 13.*

3 *ff. de impens. in res dot.* id enim dandum est, ubi quis PROPRIO iure fructus accipit, quemadmodum usufructuarius *l. 3. 4. 5. ff. si usus fruct. petat.* qui propterea ferre cogitur *sti-*

4 *pendia; tributa; solaria*, quod Marcellus respondit *l. 7. §. 2. ff. quem. quis utatur fi uatur.* Idem fere dicendum est de creditore pignoris, qui tributa pariter soluit, ut neque pacta ualeant, quibus hoc onus deuol-

5 uitur in debitorem *l. 42. ff. de pactis* l. *6. C. de pignorib.* non autem ubi quis utitur fruiturque re nomine prorsus ALIENO, exemplo conductoris. Usu forensi haec firmat *MEVIUS*

6 *part. 4. dec. 309. mercede promissa, tacite excepta esse onera tributaque.* Inprimis si locarium respondeat rationibus praedii redituum. Accedit, quod locatori, domino tributorum

7 alba in numerato sint: non uero conductori, qui saepe peregrinus est. Ut adeo huic difficilius sit, tributorum in mercede constituenda habere rationem. Interim si qui casus sunt, qui

quem tamen eodem tenent, si rem is perpetuo habeat

Limitatio.

qui moram non patiuntur, tum quidem leges uolunt, ut uectigal & annonam praestet conductor, bey einquartirungen / brandschatzungen durchzügen *TALOR de metat. part. 2. c. 3.* ut tamen impensas reddat eidem locator *LAVTERBACH in compend. ad ff. tit. loc. cond. p.* 387. nisi modicae sint, quas aequo animo ferre debet colonus, praecepto *GAII l. 25. §. 6. ff. locati cond. FRANZKIVS ad ff. tit. locati cond. n. 174.* aut parui merces indicio sit, conductorem eius generis onera in se suscepisse aut *mos regionis esse* uideatur *l. 8. C. de loc. cond.* aut utile consequutus sit ille dominium, quemadmodum emphyteuta *KLOCKIVS cap. 11. de contrib. n. 189* Cursim etiam respondebimus ad argumenta aduersa.

Dissolutio contrar.

Primo l. 32. §. 6. de administrat. tutor. casum *proponit, ubi* CONSVETVDO *ciuitatis tributorum solutionem deuoluat in locatorem.* Quod si autem regula exceptionem firmat; manifestum est, legem non praecipere, quod ex consuetudine tuemur. Unde GLOSSA; BARTOLVS; IASON; de PLATEA; ROMANVS; CASTRENSIS aliique, quos *BOCERVS c. 10. de collect. n. 18* laudat. colligunt tributa conductorem praestare, nec quicquam locatorem: eamque sententiam communem dicit *Eman. SOAREZ in thes. recept. sentent. uerbo* CONDVCTOR *n.* 209. Idem fere *BRVNNEMANNVS ad l. 32. ff. de administrat. tutor. n. 5.* Respondet *Henr. BOCERVS de collect.*

Expl. l. 32. ff. de administr. tut.

1 *cap. 10. n. 25. 26.* sermonem hic esse
de contributione extraordinaria &
improuisa in durchzügen/ einquartie-
rungen u. s. w. quae onera sint condu-
ctoris, ut repetere illa nequeat, a lo-
2 catore, nisi moribus id receptum sit
in ista, quam colit, ciuitate Verun-
tamen etiam huius generis impen-
sas in conductorem ita deuoluere, ut
nihil is a locatore recipiat, non mi-
3 nus est graue, quod uidimus p. *210.*
n. 29. quorsum ea pertinent, quae
GARZIAS habet *de expens. & melio-
rat. con. c. 13. n. 22–27. & c. 14. n. 19.*
Quae etiam iura esse dicunt
4 partiarii *CHRISTINAEVS uol. 5. dec.
99. n. 10. KLOCKIVS* igitur legem de
conductore longi temporis intelli-
gendam esse opinatur, qui ferat tri-
buta, utilis causa dominii *cap. 11. de*
5 *collect. n. 188.* Egomet uti hanc ex-
plicationem non damno: ita tamen
meam hic prodo de eius generis le-
gibus opinionem. Respondetur in
lege proposita quaestio: *utrum con-*
6 *tra curatorem agere possit minor, si
ille quid soluerit, quod* MORIBVS *debe-
tur non autem lege.* Exempli loco
adfert Modestinus, si quis forte tutor
conductori tributum redderet, de
7 agro pupilli ab isto solutum: quo-
niam MORES exigant ciuitatis, non
leges, ut locator ferat tributa. Quid-
ni fingere casum hunc potuisset Mo-
destinus? quia in exemplis non re-
8 quiritur ueritas, quae illustrant, non
probant. Aut, si uere is ita sensit,
neque tamen id prodidit claris uer-
bis:

Rationes & exempla legum non sunt lex ipsa.

beat elocatam (h). Minus recte imprudenterque (i). Nam & perpetuarius conductor non suo nomine fructus accipit, instar usufructuarii; sed causa locatoris. Hunc ergo tributa praestare oportet; non uero illum (k). Tantum abest, ut noua censuum gene-

bis:num Iustinianus uoluisse censendus est, ut Icti de mente Modestini in curiis ambigerent: an uero, quod longe est probabilius, ut senteutiam eius, mores ius[que] facere, sequerentur, insuper habita exempli, quo eandem illustrat, ueritate. Primum sane Iustinianus si uoluisset, uix eius desidia ueniam mereretur, si, in ambiguo relictis subditis, in titulo locati conducti praecipere neglexisset: *ad tributa conductorem obligari, non locatorem.* Quod cum facere is omiserit; causam hanc aequitati reliquit, ex rationum momentis aestimandae. Id quod hactenus a me quoque factum est, fietque in posterum, quod certus sim, fieri non posse, ut antinomias, euitemus, si quidem illis, quae mera Ictorum exempla sunt, uim auctoritatemque legum tribuamus. Sic maculas errationum adspergimus Triboniano, in rebus, quas ille enarrari uoluit, non vero legislationis iudicio adprobari.

Perpetuarius tamen num tributa ferat?

(h) Succinunt huic fere doctrinae omnes omnium temporum Icti; quot laudant sequunturque *Vinc. CAROC. part. 2. de locat. cond. tit. de collect. n.* 17. *PACIONIUS de locat. c.* 11. *n.* 136. *KLOCKIUS de collect. cap.* 11. *n.* 166, 188. Causa errationis est,
1 principio, quia existimant, perpe-
tuarium conductorem *quasi domi-*
nio gaudere in re conducta: quod
confutauimus *p.* 192. *litt. K. L.* De-
2 inde illum non tam mercedem solue-
re, quam modicum canonem, qui vi-
ribus rei conductae minime respon-
deat; adeoque faciliorem esse debe-
re in solutione tributorum, sed hoc
3 est, quod non minus euertimus *p.*
172. *adde h. p.* 190. *litt. h.* Cadit ergo,
quod huic superstruere solent fun-
damento.

Damnum ex hac doctrina.

(i) Ita enim causae nullo tem-
4 pore siderent conductores. Nam
variant tributa pro miti vel acri
principum imperio & ex leui saepius
occasione adaugentur. De rati-
onibus iuris & aequi dictum est *p.*
5 *209. litt. g.*

Cur neque tributa ferat perpetuarius?

(k) Argumenta, quae huc perti-
nent, ad liberandum perpetuarios
conductores ab exactoribus tribu-
6 torū, in superioribus iam explicata
sunt *p.* 209. *litt. g.* hic omnino repe-
tenda. Nihil enim habet praecipui
iure in fundo locato perpetuarius,
quod desit temporario conductori.
7 Praeter temporis diuturnitatem,
quod vero rationes contractuum
nequit inuertere ac immutare, uti
scripsimus supra p. 171. 191. litt. k.
n. 3. 4. quibus addi possunt, quae
habet,

genera a conductore iure requirantur; ad quae ne quidem locator, cuius ille causam agit, unquam fuit obligatus (l), siue illa rei siue negotio imponantur

---

habet *CRAUETTA de tempor. antiquit. n. 27. p. 146. 147.* Quantum itaque abest, ut temporarinm conductorem ferre oporteat tributa: tantum quoque abest, ut id onus imponatur perpetuario.

Conductor immunitate gaudet locatoris a tributo.

(l) Cum quod *p. 209. lit. g.* scripsimus, conductor causam agat locatoris in praedio elocato, ad illa genera tributorum cogi non poteit, quibus nullo tempore obstrictus fuerat dominus locator. A quo itaque genere tributi bona domanialia sunt immunia, quo de argumento consuli possunt *l. 10. C. de excusationib muner. & l. 5. C. de priuileg. Domus Augustae* atque ad illas *PARISIVS uol. 1. cons. 69. CHRISTINAEVS uol. 5. decis. 47. n. 18. 19. & decis. 99. n. 3. 7. 10. Renat. CHOPPINVS lib. 3 tit. 29. de doman. Franc. n. 33.* ad illud neque obligabuntur domaniorum conductores. Prouide imperator *l. 10. C. de excusation. muner.* instituit: *priuata rei nostrae priuilegiis permanentibus nihil extra ordinem praedia iure perpetuo consignata sustineant: neque adiectis saepius adficiantur impendiis. Pari cum ceteris aestimari sorte non conuenit, quos perpetua pensitationum praerogatiua nexuerunt.*

Contrar. op. dissolutio.

Duo tamen sunt, quae hic attendi merentur. Unum est, quod doctores colonis domaniorum in dubium uocent immunita-

1 tem; quoniam illa principi debeatur, non alius generis possessoribus
CHRISTINAEVS uol. 5. decis. 99. n.
3. 5. quapropter praedii ecclesiastici
conductores tributo teneantur,
2 quamuis locatores illo non sint ob-
stricti. *CHOPPINVS lib. 1. c. 12. de
priuil. rustic.* REPONO. doctores lo-
qui de emphyteutis aut illis condu-
ctoribus, qui uel ciuiles possessores
3 sunt uel quasi domini uel canonem
magis soluant, quam fructibus
praedii congruam mercedem. Neu-
trum uero obtinet in perpetuaria
conductione, a nobis descripta.
4 Omne enim hoc onus princeps hic
sentiret: cum fieri non posset, ut
conductor, horum onerum accessio-
ne, stare posset promissa mercede.
Deinde plurimum confundi solent
5 praedia, principi *patrimonialia* Cammergüter/cum illis, quae beneficio
reipublicae eidem sunt adsignata, ut
inde uictum sumeret & cultum tisch
oder tafelgüter. In illis conductor
6 facilius obligabitur, quam in his,
quae nostri sunt argumenti: Ubi in
libello mentionem facit locator *domanii* nominatim *elocati*, es würde
dieses domain gut in Erbpacht aus-
7 gethan. Ad *extremum* cuique rei-
publicae *domanii* rationes sunt prorsus peculiares. Fuerint ergo in eo
Caesares Romani in tributis imponendis suscipiendisque largiores:
par-

tur(m). Aliud uero dicendum eſt, ſi' collectae capita teneant, nec quicquam opes(n): quo caſu & ipſe

---

parum id oberit Germanis, poſtquam apud illos in mores iuit, principis domania libera eſſe, ab omni genere tributorum.

Num tributa de alimentis die *accise? Negantium rationes*

(m) Illud inprimis hic controuertitur, num conductores perpetuarii ferre debeant uectigal de rebus facientibus ad uictum & cultum, die conſumtions acciſe? Memini, in utramque partem de hac lite diſputatum fuiſſe. Declinarunt hoc onus conductores: *primo*, quod princeps ab *accisa* ſit immunis cuius illi uices gerant in praediis perpetuo elocatis: *tum*, quod a temporariis conductoribus id nullo tempore fuerit exactum, quorum ipſi iura omnino acceperint; imo enim plus illis dandum ſit, quam primis, quoniam hos tantopere uincant annua mercede principi praeſtanda: *post accisa* ſubierit locum tributorum, de rebus ſoluendorum; uerum his domanii conductorem necquicquam teneri, ipſa quoque pars aduerſa agnoſcat: *demum* remiſſio alias facienda ſit mercedis, ut adeo fiſco defalcetur, quod conferatur aerario. Veruntamen grauia non minus habere momenta, ſibi uidentur aerarii quaeſtores, ut *accisam* a perpetuariis exigant. *Primo* enim urgent hoc tributi genere omnes teneri principis adminiſtros etiam clericos & ſacerdotes; nefas itaque eſſe, exemptos tantum uelle perpetuarios: deinde, diuiſionibus factis rerum domanialium,

Rationes adfirmantum.

1 numeros conductorum tantopere
auctos fuiſſe, ut ingens damnum
inde patiatur publicum aerarium:
post onus hoc non tam rebus, quam
hominibus impoſitum eſſe, quod
ille tantum ſoluat, qui rem, uictu
2 uel cultu conſumat: *ad extremum* id
etiam cenſuum genus in rebus ad
cultum facientibus eosdem praeſtare
in anſchaffung ihrer kleidung u. a.
inconcinnum itaque fore, plus ſibi
3 in *uictualibus*, quae dicimus, adrogare,
daß ſie von dem getraydig in die
mülen; dem gebrauten bier nichtes
gebeu wolten. Cum ſub iudice lis

Sententia

ſit, dubito, eandem iniuſſus reſpondere.
Veriſſimum tamen eſt: quod
4 negandum ſit aerario hoc tributum;
ſi fieri ita non poſſit, quin de mercede
aliquid fiſcum ideo remittere oporteat perpetuariis.

Num capitatione der *Kopffsteur*/ *Affirmantium rationes*

(n) Capitationibus dem Haupt
oder Kopffgeld ſe necquicquam ſubtrahunt
5 perpetuarii domaniorum
conductores. Tenentur enim illa
etiam CLERICI *l. 8. C. de SS. eccleſ. &*
l. 16. C. de episcop. & clericis. Mitius
tamen agitur nobiſcum, profeſſori-
6 bus. Nam quaſi tantum clerici fruimur
immunitate. Neque illi denegare
debent hoc genus tributi, qui
a perſonalibus aeque ac ciuilibus
oneribus ſunt immunes *l. 18. §. 29.*
ff. de muner. & honor. minime au-
7 tem coloni *l. un. C. de colonis Thracenſib. & l. 1. C. ne ruſticani ad obſequium.* Tandem is demum finis eſt

ipse conductor obligabitur. Abrumpt hic filium, uberius forte rationibus nostri instituti. Verumtamen ueniam mihi polliceor, cum ab nouitatem argumenti, tum ab magna & singularia eiusdem momenta. De quibus ego quidem diuino, fore, ut integra demum uolumina efficiant impleantque responsa iurium perpetuariae conductionis (o).

capitationis, ut illi quoque tributum ferant, qui ab eodem alias priuilegio sunt exemti, de re ipsa *LIPSIVS de magnitud. Rom. lib. II. c. 2.3.* Est tamen hic probe obseruandum, hominum, non pecudum capita hic in censum uenire. Romani enim iumentorum & pecudum capita censuere capitatione, ad quam eapropter urbana plebs non fuerat obstricta *l. un. C. de capitat. ciuium.* neque hoc genus ferendum esse putauerim conductori perpetuario domanii, cum tributum rei magis, adeoque locatori, quam personae conductoris impositum esse uideatur. Tandem nostra aeui capitationes plurimum in eoque differunt a Romanis: quod hae omnium capitum hominumque fuerint eaedem, nam pro mare aureus, pro foemella dimidius fuerat soluendus, licet titubet hic *LIPSIVS lib. 2. c. 3. de magnitud. Romana*: contra nostris moribus fit, ut quo quisque opulentior ditiorque titulorum rerumque est, eo etiam plus aeris ferat in capitatione. Man fordert die Kopffsteuer von Aeckern; Gütern; Titeln; Besoldungen u. a. quo rerum ordine onus id magis rebus, quam, personis tributum esse uidetur. Sic clericus & professor capitationem non praestant sui ipsius causa: uerum intuitu agrorum;

Limitationes

Vieh kopff-steuer.

Capitatio nostri aeui a Romana prorsus abit.

1 reditus salinarii aut si aliud quid habent. Itaque si non alio, hoc tamen casu homines ambitiosi sentire grauitatem solent grandium titulorum. Secundum quos etiam recte censentur perpetuarii, dummodo rei conductae intuitu sub specie capitationis non onerentur. Ceterum id maximopere displicet, in capitatione pro liberis, idque exem-
3 plo Romanorum. Ast hi liberos tam diu in potestate habuerunt, ut opera illorum auctus sumerent parentum diuitiae. Contra nostri aeui pietas, si quae dicenda, eo mo-
4 mento emancipat liberos, quo habiles sunt ad aequirendum operis suis alimenta. Idem de famulis nostris & ancillis monendum. Nam Roma-
5 ni nihil illis reliquere praeter uitam & Spiritum. Nostris suas operas nobis locant pro conuenta mercede, ut adeo aequitas uelit, ut sua capita, quae libera sunt, redimant facta ca-
6 pitatione, non dominus; cuius in ipsos facultas est exigua.

Obseruatio singularis.

Diuinatio noue iuris-prudentiae.

(o) Instar iurium feudalium, quae, licet olim leui brachio docta sint neque ex instituto: sed appendicis instar ad titulum codicis de iure emphyteutico *p. 3. litt. C.* hodie tamen in tot libros excurrere solent, obruta uere hoc genere diuagationis.